










SUPPLÉMENT
AU LIVRE
DE
L'ANTIQUITÉ
EXPLIQUÉE.

TOME QUATRIEME.

SUPPLÉMENT
AU LIVRE
DE
L'ANTIQUITÉ
EXPLIQUÉE
ET
REPRÉSENTÉE
EN FIGURES.

TOME QUATRIEME.

QUI COMPREND LA GUERRE, LES PONTS, LES AQUEDUCS, LA NAVIGATION, LES PHARES ET LES TOURS OCTOGONES.

Par Dom BERNARD DE MONTFAUCON, Religieux Bénédictin de la Congrégation de S. Maur.



A PARIS,

CHEZ
- GIFFART, rue S. Jacques.
- NYON, quai des Augustins.
- BRIASSON, rue S. Jacques.
- DAVID, rue des Mathurins.
- GANEAU, rue S. Severin.
- BAUCHE, quai des Augustins.
- DURAND, rue du Foin.
- CAVELIER, rue S. Jacques.
- GUILLYN, quai des Augustins.
- PISSOT, quai de Conty.

M. DCC. LVII.

AVEC PRIVILEGE DU ROI.






TABLE DES CHAPITRES DU QUATRIÉME TOME.

TOME QUATRIÉME.

LIVRE PREMIER.

Statuës, bustes & têtes de gens armés.

CHAPITRE I.

LIVRE II.

Cavaliers, étriers, éperons, combats.

TOMUS QUARTUS.

LIBER PRIMUS.

Statuæ, protomæ & capita virorum armis munitorum.

CAPUT. I.

LIBER II.

Equites, stapedes, calcaria, pugnæ.

Fin de la Table des Chapitres du IV. Tome.



SUPPLEMENT

SUPPLÉMENT
AU LIVRE
DE L'ANTIQUITÉ
EXPLIQUÉE ET REPRÉSENTÉE
EN FIGURES.
TOME QUATRIÉME.

Qui comprend la Guerre, les Ponts, les Aqueducs, la Navigation, les Phares & les Tours octogones.

SUPPLEMENTUM
AD OPUS
DE ANTIQUITATE
EXPLANATIONE ET SCHEMATIBUS ILLUSTRATA.
TOMUS QUARTUS.

Ubi agitur de re Bellica, de Pontibus, de Aquæductibus, de re Nautica, de Pharis, deque Turribus óctangulis.



LIVRE PREMIER.

Statuës, Buſtes & Têtes de gens armés.

CHAPITRE PREMIER.

I. Cette partie de l'Antiquité fournit moins de monumens que les autres. II. Buſte d'Alexandre le Grand. III. Statuë de Pyrrhus Roi d'Epire.

I. CETTE partie de l'Antiquité fournit ordinairement moins de choſes que les autres. Hors les monumens publics d'où nous avons tiré les armes de différentes Nations, les guerres, les ſiéges, les batailles, on n'en déterre guéres qui nous donnent de nouvelles connoiſſances. Car ce qui regarde la guerre, ne ſe voit guéres que dans les colonnes de Rome & dans les arcs de triomphe ; ce qui étant une fois épuiſé, on ne trouve plus que peu de choſe. Nous n'avons pourtant pas laiſſé d'en trouver de conſidérables, découvertes depuis peu, & qui regardent quelques-unes des parties qui compoſent le quatriéme tome de l'Antiquité expliquée, &c. ſans compter ce qui avoit échappé à nos premieres recherches.

II. Le premier monument que nous donnons eſt le buſte d'Alexandre le Grand, qui appartenoit ci-devant à Mr. Girardon, & qui eſt aujourd'hui dans le riche cabinet de M. le Maréchal d'Eſtrées. Il n'y a que la tête, le col & le PL. I.

LIBER PRIMUS.

Statuæ, protomæ & capita virorum armis munitorum.

CAPUT PRIMUM.

I. Hæc antiquariæ rei pars pauciora quam cæteræ monimenta ſuppeditat. II. Protome Alexandri Magni. III. Statua Pyrrhi Epirotarum Regis.

I. HÆc rei antiquariæ pars, quæ bellum ſpectat, longe pauciora quam cæteræ ſchemata offert. Nam præter monimenta illa publica, unde diverſarum gentium arma excerpſimus, bella item, obſidiones, pugnas: pauca ex pulvere ac ruderibus eruuntur, unde novam rerum illarum notitiam expiſcari fas ſit. Quæ enim ad rem bellicam pertinent, in columnis Romanis arcubuſque fere proſtant, quibus ſemel exhauſtis, vix pauca hinc inde corradere poſſis. Sed quia non res modo bellicas, ſed etiam alias ad bellum minime ſpectantes in hunc tomum conjecimus, nova certe non pauca, illaque maximi momenti ad hæc pertinentia eruimus: non annumeratis iis quæ in priore perquiſitione diligentiam fugerant noſtram.

II. Primum quod proferimus monumentum eſt protome Alexandri Magni, quæ pridem fuerat Girardonii noſtratis Sculptoris celeberrimi ; jam vero in Muſeo D. Mareſcalli d'Etrées viſitur. Unum autem caput, collum & caſſis ex prima illaque antiqua ma-

casque qui soient antiques : le reste avec tous ses ornemens ont été ajoûtés par M. Girardon. La tête qui est de Porphyre est un chef-d'œuvre de l'Art. Malgré la dureté de la matiere, vous voyez, mais d'une maniere qui frappe d'abord, cette fierté & cette intrépidité avec laquelle ce Héros affrontoit les périls. Il est sans doute comparable à ces miracles de l'Art qu'on va voir en foule à Rome & à Florence, aux Hercules Farnezes, aux Meleagres de Picchini, aux Apollons & Laocoons de Belveder, aux Venus de Médicis, & même à ce beau Jupiter de Versailles, qui auroit peut-être été mis à la tête des précédens, s'il n'avoit été transporté de Rome peu après qu'il eut été connu, & porté à Besançon, où personne n'étoit à portée de connoître son mérite. J'oserai même dire que cette tête d'Alexandre passe tous ces miracles de l'Art, en un point où l'on reconnoit plus qu'en tout autre l'habileté du Sculpteur ; on y voit une vivacité, un esprit, & une expression si heureuse, qu'elle enleve d'abord l'admiration du spectateur. Nous donnons la tête & le buste d'après la gravure que M. Girardon en fit faire. Il s'en faut beaucoup qu'elle n'arrive à la perfection de l'original. Il faudroit un des plus grands maîtres de l'Art pour transmettre dans un dessein tout l'esprit & toutes les beautés de l'ouvrage tel qu'il est sorti des mains du premier ouvrier.

Pl. II. III. On voit à la tête du quatriéme tome de l'Antiquité la figure du Roi Pyrrhus dessiné d'après la statuë colossale qui est Rome à la Cour du Palais du Marquis de Massimis. En voici un autre fort ressemblant au premier pour les traits du visage, mais dont l'armure & les ornemens sont fort différens. Il ne faut pas croire que ces grands guerriers n'eussent qu'un habit militaire, ni qu'ils n'admissent qu'une forme dans les armes qui les couvroient. Son casque à la Grecque a un panache qui différe de l'autre, mais assez semblable à celui d'Alexandre. Celui-ci tient une pique, & l'autre un bâton de commandement. La cuirasse de celui-ci est beaucoup plus simple, & la chaussure de même. Le bouclier qu'il tient comme l'autre appuyé contre terre, est ovale ; au-lieu que celui-là est héxagone. Son bouclier étoit de cuivre, dit Pausanias 2. 21. & on le voyoit encore de son temps au-dessus des portes d'un Temple de Cérès. Il n'en dit pas la forme ; mais quand il la diroit, il est à croire qu'un Roi & un Héros comme Pyrrhus pouvoit avoir plusieurs boucliers, & de différente forme.

[illegible] profecta sunt. Pectus vero & brachia cum omnibus aliis ornamentis à Girardonio addita fuere. Caput porro, quod porphyreticum est, insigne opus, omnibusque artis supremæ notis sple[illegible]et. Quamquam durissima est materia, in vultu animi magnitudinem ingentemque in periculis quibusque subeundis audaciam per[illegible] & obstupescis. Potestque haud dubie cum [illegible] opificiis conferri, quæ ob præstantiam artifices omnes [illegible] sui spectaculum evocant, cum Herculibus nempe Farnesiis, Meleagris Picchineis, Apollinibus & Laocoontibus quæ in ædibus Belvedere dictis suspiciuntur, Venere item Medicea ; imo etiam Jove illo Versaliensi, qui fortasse cæteris præmissus fuisset & agmen duceret, nisi antequam fama quam certe merebatur, celebraretur, Roma Vesontionem exportatus fuisset, ubi nemo erat, qui & præstantiam ejus advertere, & artificium intelligere posset. Imo audacter dicam ea in re Alexandri caput cætera jam memorata opificia antecellere, quæ maxime artificis præstantiam celebrare possit, in vivida illa audaci spiritusque plena vultus imagine, quæ statim spectatorem quemvis in sui admirationem rapiat. Et caput & humeros atque pectus hic proferimus ad finem imaginis, quam in ære incidi curavit ipse Girardonius. Quæ tamen ad archetypi nativam elegantiam minime pertingit, imo eam nonnisi imperfecte refert. Nam summum artificium in delineatore illo requireretur, qui vellet in delineatam imaginem suam totam archetypi artificium, totam elegantiam transfundere.

III. Initio quarti Antiquitatis explanatæ tomi visitur Pyrrhi Epirotharum Regis imago, qualis expressa fuit ex Pyrrho illo Colosseo, qui in ædibus Marchionis de Maximis Romæ visitur. En alium Pyrrhum priori admodum similem, quantum ad vultus lineamenta pertinet ; sed cujus armatura atque ornamenta cætera admodum dissimilia sunt. Ne credas enim herôas illos uno semper processisse cultu, nullamque unquam in armis varietatem admisisse. Cassis ejus Græco more concinnata, cristam habet ab alterius imaginis casside diversam ; sed cassidi Alexandri Magni quæ in superiore tabula visitur similem. Hîc hastam tenet, alter sceptrum. Hujus lorica longe simplicior, necnon & militaris caliga. Clipeus, quem terra nixum tenet, ovatæ formæ est, alter vero est hexagonus. Ejus clipeus ex ære erat, inquit Pausanias 2. 21. & ipsius Pausaniæ ævo adhuc visebatur supra portas templi cujusdam Cereris. Cujus autem figuræ esset non dicit : at etiamsi diceret, Regem & heroem, qualis erat Pyrrhus, non uno usum fuisse clipeo, sed plurimis, & diversæ formæ verisimile est.


1. Pl. du Tom. IV.
ALEXANDRE LE GRAND.
Tom. IV. 1.



M.r le Card. Gualtieri



CHAPITRE II.

I. Statuë de Jules César armé. II. Statuë de Domitien. III. De Caracalla. IV. Buste de Probus. V. Statuë de Constantin le Grand.

I. LA Statuë de Jules César se voit en bronze au cabinet de M. le Maréchal d'Estrées, mutilée & de même grandeur qu'elle est ici. C'est dommage que le temps l'ait si peu respectée; car elle est d'un très-bon goût. Il est couronné de laurier, & la couronne n'empêche pas qu'on ne reconnoisse qu'il a la tête chauve. *On lui reprochoit*, dit Suetone 45. *qu'il étoit trop curieux de s'ajuster proprement; il ne se contentoit pas de se faire tondre & de se faire raser, il se faisoit encore arracher le poil.* César étoit chauve; ce qui lui faisoit beaucoup de peine. *Il souffroit impatiemment*, poursuit-il, *ce défaut qui l'exposoit souvent aux railleries de ses adversaires & de ses accusateurs. Cela faisoit qu'il tâchoit de ramener ses cheveux du sommet de la tête sur le devant. De tous les décrets que le Sénat & le Peuple Romain firent en son honneur, il n'y en eut point qui lui fit plus de plaisir, que le droit de porter toûjours la couronne de laurier.* C'étoit sans doute parce qu'elle couvroit presqu'entierement ce défaut. Sa cuirasse a peu d'ornemens; mais bien entendus. On y remarque comme dans presque toutes les autres cuirasses, la forme du nombril. Sa ceinture est remarquable, aussi-bien que sa chaussure militaire, qui différe considérablement de toutes les autres que nous avons vûes. Ce n'est pas apparemment sur cette chaussure militaire que César fut blâmé. On trouvoit mauvais, dit Dion, l. 43. qu'étant déja d'un âge avancé, il portât souvent des habits pompeux en jeune homme, & une chaussure haute & rouge à la maniere des Rois d'Albe, dont il prétendoit descendre. Suetone dit qu'il la portoit haute pour paroître d'une taille avantageuse, quoiqu'il dise en un autre endroit, qu'il étoit de grande taille. Jules César se voit si souvent sur les médailles, qu'il est aisé de se former une idée des traits de son visage: à quoi aident aussi les statuës & les bustes qu'on voit en Italie, & sur-tout à Rome. Celui de M. le Maréchal d'Estrées, est des plus ressemblans, & le Graveur ne l'a pas mal attrapé.

PL. III.

CAPUT II.

I. Statua Julii Cæsaris armati. II. Statua Domitiani III. Caracallæ. IV. Protome Probi Imperatoris. V. Statua Constantini Magni.

I. STatua Julii Cæsaris in eodem Estræano Museo conspicitur, sed mutila & ejusdem quæ hîc offertur magnitudinis. Certe dolendum quod ea hujusmodi jacturam subierit: florentissimam enim artis redolet ætatem. Julius hîc lauro coronatur, neque tamen impedit corona quominus ejus calvities dispiciatur. *Circa corporis curam morosior*, inquit Suetonius 45. *ut non solum tonderetur diligenter ac raderetur, sed velleretur etiam, ut quidam exprobraverunt: calvitii vero deformitatem iniquissime ferret sæpe obtrectatorum jocis obnoxiam expertus. Ideoque & deficientem capillum revocare à vertice assueverat: & ex omnibus decretis sibi à Senatu populoque honoribus, non aliud aut recepit aut usurpavit libentius, quam jus laureæ perpetuo gestandæ;* eo quod nempe ipsa calvitiem obtegeret. Thorax ejus non multis splendet ornamentis, sed concinne aptatur. Trans thoracem hîc, ut etiam in aliis quibusque loricis, umbilicus conspicitur. Ejus zona spectatu digna est, ut etiam militaris caliga quæ longe differt ab aliis, quas hactenus conspicere licuit. Non ob illam autem caligam, ut videtur, vituperio habitus est, inquit Dio, l. 43. sed quod cum jam ætate maturus esset ad seniumque vergeret, ceu juvenis quispiam sumtuosis uteretur vestibus calceisque præaltis ac rubris secundum morem Regum Albæ, ex quibus originem se ducere gloriabatur. Ait Suetonius ipsum calceis præaltis usum, ut procerior statura videretur, etiamsi idem ipse Scriptor alibi dicat procerum ipsum fuisse. Julius porro Cæsar tam frequenter conspicitur in nummis, ut illum de facie cognoscere facile sit ejus atque vultus lineamenta imaginatione apprehendi possint. Cui etiam rei statuæ & protomæ Cæsaris, quæ Romæ & per Italiam occurrunt, adjumento esse possunt. Hîc vero Cæsar quem ex Musæo Estræano proferimus, ipsum accuratissime imo mirifice refert, Sculptorque illum feliciter delineavit

Pl. IV. II. La Statuë de Domitien qui se voit à Rome, est des plus parfaites : rien n'y manque. Elle a échappé & à l'injure des temps, & à la juste indignation que le Sénat Romain témoigna contre ce Prince, en faisant supprimer & ses images & les monumens qui pouvoient servir à conserver la mémoire d'un Prince qui sera en horreur à tous les siécles, à cause de ses cruautés & des autres vices qui le rendoient odieux à tous ses sujets. Le voici en habit militaire, armé d'une cuirasse couverte de certains ornemens, qu'on ne peut expliquer que très-difficilement. Le cavalier Maffei croit que les deux femmes représentées sur sa cuirasse, sont de ces monstres marins, que nos Peintres peignent pour des Sirenes : mais les Sirenes sont ordinairement peintes dans ces bas temps moitié femmes & moitié poissons : erreur dont il est difficile de découvrir l'origine. Car comme nous avons fait voir en son lieu, tous les Anciens, sans exception, ont peint les Sirenes moitié femmes & moitié oiseaux, & les monumens qui nous restent les représentent de même. Je ne vois point ici des femmes poissons, j'y vois seulement des serpens qui haussent la tête entre ces femmes. De sorte que si ces femmes poissons se voyent dans l'original, elles ont sans doute été mal représentées dans l'estampe gravée à Rome. Il est pourtant vrai qu'une des femmes paroît avoir une queuë ; mais qui n'a rien de la queuë de poisson. On voit encore sur cette cuirasse un enfant monté sur un animal qu'on a peine à reconnoître. Domitien tient sur la main gauche le globe, marque de l'Empire, qu'on voit si communément sur les médailles & sur les autres monumens. Il tient de la droite un bâton de commandement, ou le sceptre élevé. La chaussure militaire ou le campagus mérite d'être remarqué. Il ne faut point douter que les Romains n'ayent varié dans sa forme. La varieté est ici fort remarquable.

Suetone, ch. 23.

Pl. V. III. La Statuë d'Antonin Caracalla qui a un bras cassé, est au Palais Farnese à Rome : elle est assez remarquable par les ornemens de sa cuirasse. Au-dessus de la ceinture deux griffons se regardent, & plus bas on voit un aigle. Sur les découpures rondes qui la bordent en-bas, on voit des têtes d'animaux, celle d'un lion au milieu, & ensuite alternativement celles d'aigles & de beliers. Sa chaussure paroît être ce qu'on appelloit anciennement *ocreæ*. Quoique le pied soit tout couvert, les orteils paroissent à travers, ce que nous avons déja remarqué dans plusieurs chaussures.

II. Statua illa Domitiani quæ Romæ visitur, omnibus suis numeris partibusque absoluta est; declinavi[illegible] & temporum injuriam, justamque Senatus [illegible]nationem, qui, inquit Suetonius 23. *scalas in[illegible] [illegible]peosque & imagines ejus coram detrahi, & [illegible]lo a[illegible] jussit*, ut monumenta illa aboleret, quæ memoriam servare possent Principis, omnibus postea [illegible]ulis abominationi habendi ob immanitatem scilicet cæteraque vitia, quorum causa subditis admo[illegible] odiosus erat. Eccum in veste militari, indutum [illegible]rica aliisque ornamentis explicatu difficilibus. Putat eques Maffeius duas illas mulieres in lorica exhibitas, monstra esse illa marina queis Pictores nostri hodierni Sirenas repræsentant. Verum Sirenes infimis hisce sæculis media supernaque parte mulieres, inferna vero pisces depinguntur. Cujus erroris originem deprehendere difficile est. Nam, ut suo commonstravimus loco, Veteres omnes, nullo excepto, Sirenas dimidia sui parte mulieres, dimidia aves esse dixerunt, & monumenta omnia quæ supersunt, sic illas repræsentant. Hic porro mulieres pisces non video; serpentes tantum conspicio, qui caput erigunt inter illas mulieres. Itaque si hæ mulieres in pisces desinunt in archetypo, certe male in tabella ænea Romæ incisa repræsentatæ fuerunt. Una tamen e mulieribus caudam habere [illegible], sed quæ nullam cum piscis cauda affinitatem [illegible]beat. In [illegible] lorica videtur etiam puellus [illegible] cuidam feræ gestatus, quam fer[illegible] [illegible]. Domitianus vero manu [illegible] globum tenet, Imperii symbolum, quod [illegible] in nummis [illegible] aliisque monume[illegible]. Manu autem dextera baculum seu scept[illegible]. Calceament[illegible] genus [illegible] campag[illegible], non [illegible] est formæ. Non dubium autem est quin Ro[illegible] hac in re multum variaverint. Hic autem varietas statim conspicitur.

III. Antonini Caracallæ statua cujus brachium truncatum est, man[illegible] excidit, in Farnezus ædibus suscipitur Romæ, & à loricæ ornamentis spectabilis est. Sub zona duo Gryphes [illegible] mutuo respiciunt, & infrà aquila exhibetur. In semicirculis porro qui in loricæ infima ora conspiciuntur, animalium capita visuntur, in medio caput leonis; hinc alternatim aquilarum & arietum. Ejus calcei [illegible] esse videntur quæ olim ocreæ appellabantur. Etsi autem pes totus sit opertus, artic[illegible] tamen pedum numerari possunt, quod & alibi sæpe observavimus.

STATUE DE JULES CÆSAR EN HABIT DE GUERRE



de M.r le Marechal Duc d'Etrées

DOMITIEN EN HABIT MILITAIRE



du Palais Justiniani à Rome


V. Pl. de Tom. II.
CARACALLA EN HABIT MILITAIRE
Marbre Romain
Tom. II. 5



IV. Le Buste suivant d'un Empereur Romain est tiré d'une belle onyce de S. Denis. On l'avoit pris long-temps pour Domitien, d'autres le prenoient pour un Néron; mais cet Empereur est certainement de temps plus bas. Outre que le travail n'est pas des plus exquis, la cuirasse avec des écailles qu'on appelloit *squamata*, ne se voit guére sur les bustes des Empereurs que dans les temps bas. En le comparant avec les Empereurs que nous voyons sur les médailles & médaillons vers la fin du troisiéme siécle, je n'en vois pas à qui il convienne mieux qu'à Probus. Ce grand Prince dont le nom exprimoit les vertus, fut tué par ses soldats indignés de ce qu'il ne pouvoit souffrir qu'ils demeurassent oisifs, & parce qu'il disoit que quand il auroit subjugué tous les Barbares, ce qui étoit déja fort avancé, on n'auroit plus besoin de soldats, témoignant hautement qu'il ne faisoit la guerre que pour procurer à tout l'Empire une paix générale, pendant laquelle il vouloit travailler à rendre ses sujets heureux. Les soldats qui le massacrerent ne laisserent pas d'admirer sa vertu : & toute l'armée ensemble lui érigea un sépulcre de grandeur extraordinaire avec une table de marbre portant une Inscription dont le sens est tel: CI GIT L'EMPEREUR PROBUS PRINCE PLEIN DE PROBITÉ, COMME LE NOM LE PORTE, VAINQUEUR DE TOUTES LES NATIONS BARBARES, VAINQUEUR AUSSI DES TYRANS. PL. après la V.

V. Le Constantin de Versailles armé à la Romaine est remarquable en bien des choses. Il porte comme les autres la cuirasse & le paludamentum, & il tient de la main gauche le sceptre élevé. Sur sa cuirasse est représentée une victoire & une machine qu'on a peine à reconnoître. Son épée pendue sur le devant est si courte, que la lame mesurée sur sa taille ne paroît pas avoir plus d'un pied. Sa chaussure qui monte presque jusqu'aux genoux, est tout-à-fait remarquable : nous n'en avons point encore vû qui en approchât pour la forme. Son bouclier ovale a plus de trois pieds de diamétre. On les faisoit fort grands de son temps; comme on peut voir au quatriéme tome de l'Antiquité pl. V. Le bouclier & l'épée penduë à une écharpe portée ainsi par un Empereur, sont du bas Empire.

IV. Protome sequens Romani cujusdam Imperatoris ex onyche Thesauri Sandionysiani educta fuit. Diu autem Domitianum exhibere crepita fuerat; alii vero Neronem esse putabant: verum hic Imperator haud dubie posteriorum est temporum : præterquam enim quod artificium non hujusmodi est quod possit ad primum Imperii sæculum referri, lorica illa squamata nonnisi infimis temporibus in Imperatorem protomis & nummis videri solet. Hanc porro protomen si compares cum Imperatoribus quos in nummis cujusvis magnitudinis inspicimus circa finem tertii Christi sæculi, ad nullius Imperatoris quam ad Probi formam accedere video. Egregius hic Princeps cujus vel ipsum nomen virtutes exprimit, à militibus suis occisus est, quod numquam eos otiosos esse perpessus sit, quodque diceret, cum subactæ barbaræ nationes forent, quod jam factum erat, pene non opus fore militibus; sic testificans se non alia de causa bella gerere quam ut generalem pacem Imperio conciliaret; qua inita, se populorum subditorumque felicitati advigilaturum. Qui ipsum interemerunt milites, ejus tamen virtutem mirabantur: ac postea ingens ei sepulcrum elatis aggeribus omnes pariter milites fecerunt cum titulo hujusmodi inciso marmori : HIC PROBUS IMPERATOR, ET VERE PROBUS SITUS EST, VICTOR OMNIUM GENTIUM, BARBARARUM, VICTOR ETIAM TYRANNORUM.

V. Constantinus ille Versaliensis Romano more armatus in multis observatu dignus est. Thoracem ille quemadmodum & alii omnes Imperatores & paludamentum etiam gestat, manuque sinistra sceptrum erigit. In thorace ejus victoria depingitur, machinaque quam vix internoscere possis. Gladius ejus anterius dependens ita brevi lamina instructus est, ut si ex statura Imperatoris mensuram ducas, non unum pedem longitudine excedere dixeris. Ejus calcei qui ad usque pene genua ascendunt, à forma omnino spectabiles rarique sunt, nullosque hactenus vidimus his similes, neque ad horum formam vel tantillum accedentes. Ejus clypeus ovatæ formæ trium pedum qua longior est, mensuram attingit, si ex Constantini statura mensuram duxeris. Ipsius autem ævo clipei sive scuta maxima adornari solebant, quod conspicere possis in quarto Antiquitatis explanatæ tomo tab. V. Cæterum & clipeus & gladius ita gestatis, inferius ævum olere videntur, neque in imaginibus Imperatorum primi vel secundi sæculi conspici solent.



CHAPITRE III.

I. Buste qu'on croit être de Diomede. II. Buste qu'on a crû être de Manlius Torquatus. III. Difficultés sur cette opinion. IV. Elle est rejettée.

Pl. VI. I. L'Agostini & le cavalier Maffei après lui ont donné cette tête [1] & ce
1 buste qui est de Diomede, comme ils prétendent, fondés sur ce qu'elle ressemble à la tête d'une médaille d'argent de Fulvio Orsini donnée par le Fabri, qui porte le nom de Diomede. Je voudrois d'autres preuves pour l'assurer. Je ne sçai si on peut ajoûter foi à cette médaille.

2 II. Beger croit que la figure au grand collier qui suit est de [2] Titus Manlius Torquatus : voici les preuves qu'il en apporte. On voit au-dessous du collier une partie de son vêtement qui est orné de palmes. Or la *toga palmata*, selon Isidore, étoient celle que méritoient ceux qui remportoient des palmes sur les ennemis : on l'appelloit aussi la toge peinte, parce qu'il y avoit des victoires tissuës avec les palmes. Ces victoires ne paroissent pourtant pas ici, parce que la toge avec des palmes étoit en temps de paix la toge du Consul, dit Ausone *in gratiarum actione : Je vous envoie la toge ornée de palmes que notre pere Constance portoit ;* & en temps de victoire elle étoit la toge du Triomphateur. Cela marque que cette figure a été faite en l'honneur de T. Manlius Torquatus au temps de son Consulat, de ce Consulat qu'il éxerça avec tant de sévérité : qu'il fit mourir son fils, quoique vainqueur, parce qu'il avoit combattu sans son ordre. Cette sévérité paroît dans l'image, où l'on remarque aussi quelque chose de rustique & de sauvage : ce qui revient à ce que dit Valere Maxime, que dans sa jeunesse il paroissoit si hébêté & si farouche, que son pere l'envoya aux champs pour y cultiver la terre.

III. Beger se forme ensuite quelques objections. Les Gaulois portoient aussi des colliers, & entre les Romains mêmes il y en avoit bien d'autres que T. Manlius Torquatus, qui pour leurs belles actions avoient eu l'honneur du collier. Tous les descendans de T. Manlius avoient aussi par succession l'hon-

---

CAPUT III.

I. Protome quæ Diomedis esse creditur. II. Protome alia quæ Manlium Torquatum repræsentare credita fuit. III. Circa hanc opinionem difficultates. IV. Ea ut non verisimilis rejicitur.


1 AGostinus & Maffeius Eques caput [1] & protomen quæ in sequenti tabula agmen ducunt, Diomedis esse pronunciarunt, hoc nixi argumento, quod videlicet vultus similis sit ei qui in nummo argenteo Diomedis nomen præferente visitur, qui nummus cum Fulvii Ursini esset à Fabro publicatus fuit. Ego certe alia quærerem argumenta ut rem talem affirmarem : neque scio an hujuscemodi nummo fides haberi possit.

II. Existimat Begerus protomen illam torque magno exornatam Titum [2] Manlium Torquatum repræsentare : hisce autem nititur argumentis. Sub torque pars vestimenti visitur quod palmis exornatur : atqui toga palmata secundum Isidorum, ea erat quam ii merebantur, qui de inimicis palmas referrent. Vocabatur quoque toga picta, quoniam victoriæ cum palmis attexebantur. Hæ tamen victoriæ hic non comparent, quia toga palmata pacis tempore erat Consulum toga, inquit Ausonius in gratiarum actione : *palmatam tibi misi qua divus Canstantius parens noster intextus est :* belli autem tempore ea erat triumphantis toga. Hinc arguitur hanc protomen tunc fuisse concinnatam, cum Titus Manlius Torquatus Consul esset ; cum Consulatum, inquam, illum exerceret, in quo tantum protulit severitatis exemplum, ut filium etsi victorem, trucidari jusserit, quia non jussus pugnaverat. Hæc porro severitas in vultu ejus hic deprehenditur : in quo etiam nescio quid rustici & agrestis observatur. Quod cum hisce Valerii Maximi verbis consonat. l. 5. c. 4. n. 3. *Quod filium juvenem rustico opere gravatum publicis usibus subtraheret.*

III. Sub hæc autem Begerus aliqua sibi ipsi objicit: Galli etiam, inquit, torques gestabant : atque inter Romanos multi alii præter hunc Manlium ob res præclare gestas torque honorati fuerant. Nepotes etiam Titi Manlii omnes successione quadam torquis honore decorabantur, donec Caligula hæc omnia auferret,

neur


Pl. après la V. du T. IV
PROBUS ET CONSTANTIN LE GRAND
Tresor de S. Denys
Versaille
Tome IV. après la 5



neur du collier, jusqu'à ce que, selon Suetone, Caligula ôta à toutes ces grandes familles les marques d'honneur qu'elles avoient, & en même temps le collier à Torquat, à Cincinnatus sa cheveleure, à Pompée de race si ancienne, le surnom de Grand. Ne peut-il pas se faire que cette image est ou d'un Gaulois, ou de quelqu'autre Romain, ou d'un des descendans de T. Manlius Torquatus? Il répond à cela qu'à la vérité les Gaulois portoient le collier, puisque Manlius Torquatus avoit ôté à un Gaulois tué de sa main le collier qu'il porta depuis lui-même, qu'entre les dépoüilles des Gaulois dont parle Tite-Live Decad. IV. l. 6. il se trouve 1470. colliers d'or; mais la *toga palmata* prouve assez d'ailleurs que ce n'est pas un Gaulois; & cette même toge qui marque un Consul, jointe au collier & à la mine févere & farouche, marquent que c'est lui plûtôt qu'aucun autre Romain; & quoique les descendans de Torquatus eussent l'honneur du collier, les marques Consulaires jointes aux autres qu'on vient de dire, font voir que c'est lui & non quelqu'un de sa famille.

IV. Il se forme une autre objection. T. Manlius Torquatus vivoit environ l'an 400. de la fondation de Rome: fondoit-on déja des statuës de bronze à Rome dès ce temps-là? On en faisoit, répond-il, depuis long-temps selon Pline qui dit: *Je trouve que la premiere Idole de bronze qu'on a fonduë à Rome, est celle de Cérès faite au dépens de Spurius Cassius; de celui qui affectant de se faire Roi, fut tué par son propre pere. On fit d'abord des statuës pour représenter les dieux; mais on en fit ensuite qui représentoient des hommes & en plusieurs manieres.* Spurius Cassius fut accusé d'avoir affecté la tyrannie, & fut tué l'an 262. de la fondation de Rome près d'un siécle & demi avant que Titus Manlius Torquatus obtint le droit de porter le collier. *Ces statuës ne se faisoient*, poursuit Pline, *que pour ceux que des grandes actions rendoient dignes de l'immortalité.* Or Manlius Torquatus étoit dans le cas. Il pourroit pourtant se faire, ajoûte Beger, que quelqu'un des descendans de Titus Manlius aura fait faire cette statuë en mémoire de son illustre ayeul.

V. Voilà un grand attirail d'érudition, & comme Beger répond aux objections qu'il s'est lui-même formées contre son opinion. On en peut produire encore de plus fortes. En voici une qui détruit toutes ses conjectures. Il se fonde principalement sur le collier, pour dire que c'est Titus Man-

---

teste Suetonio 35. *Vetera familiarum insignia nobilissima cuique ademit: Torquato torquem, Cincinnato crinem, Cneio Pompeio stirpis antiquæ Magni cognomen.* Annon fieri possit hanc protomen esse aut Galli cujuspiam, aut Romani familiæ alterius, aut alicujus ex Titi Manlii Torquati nepotibus. His autem respondet Begerus Gallos quidem vere torquem gestavisse, quandoquidem ipse Manlius torquem à Gallo abstulerat manu sua interfecto, quem & ipse torquem postea gestavit; atque inter spolia Gallorum à Tito-Livio memorata Decad. IV. lib. 6. memorantur mille quadringenti septuaginta torques aurei. Verum toga palmata, inquit, aliunde probat non esse Gallum: isthæc vero toga quæ Consulem denotat, cum torque conjuncta, necnon vultu illo severo atque feroce, Titum Manlium Torquatum esse, non vero Romanum alium quempiam, significat. Etsi autem Torquati nepotes torquis honorem obtinerent: notæ tamen consulares cum aliis jam memoratis conjunctæ, illum ipsum esse Torquatum, non autem aliquem ex ejusdem familia satis superque commonstrant.

IV. Aliam quoque ibi Begerus objectionem effingit. Titus Manlius Torquatus vivebat anno circiter quadringentesimo à Roma condita. Num autem illo ævo statuæ æneæ conflabantur? Imo à multo jam tempore conflabantur, reponit ipse Begerus secundum Plinium qui sic habet 34. 4. *Romæ simulacrum ex ære factum Cereri primum reperio ex peculio Spurii Cassii, quem Regnum affectantem pater ipsius interemerat. Transiit & ab diis ad hominum statuas atque imagines multis modis.* Spurius Cassius affectatæ tyrannidis accusatus & occisus est anno 262. ab urbe condita, uno integro atque dimidio pene sæculo antequam Titus Manlius Torquatus jus torquis gestandi obtineret. Pergit autem Plinius: *Effigies hominum non solebant exprimi, nisi aliqua illustri causa perpetuitatem merentium.* Atqui Manlius Torquatus ex eorum numero erat. Fieri tamen potuerit, adjicit Begerus, ut quispiam ex nepotibus Titi Manlii hanc in honorem illustrissimi proavi protomen fieri curaverit.

V. En magnam utique eruditionis congeriem. Sic autem respondet Begerus iis quæ sibi ipse opposuit argumentis. Sed contra hanc ipsius opinionem fortiora possunt & validiora tela vibrari. En argumentum quod meo quidem judicio omnes ejus conjecturas profligat. Torquem allegat ille, ut statuat postea

lius Torquatus. Mais ce qu'il appelle collier en a-t-il bien la forme ? C'eſt une eſpece de grand bourlet aſſez éloigné du col qui tourne tout au tour, fait ou de quelqu'étoffe, ou d'une matiere ſi pliante, que ſe rabattant entierement ſur le devant, il laiſſe voir toute la gorge & une partie de la poitrine : il paroît qu'il tient à l'autre piéce qui couvre la poitrine & ſe termine en pointe ſur l'eſtomac, ce n'eſt point le haut d'une toge ni d'une tunique comme Beger le ſuppoſe ; & l'ornement de palmes qu'on y voit, n'eſt pas aſſurément pour la *toga* ou *veſtis palmata*. Je crois que peu de gens voudront croire que ce qu'il appelle collier en ſoit véritablement un.

Au-reſte Beger ne dit rien ſur ces feuilles de vigne qui ornent le bourlet, s'il eſt permis de l'appeller ainſi. Cela me porteroit à croire que c'eſt ou un Bacchus, ou quelque figure Bacchique, je m'en rapporte au jugement du Lecteur habile.

---

eſſe Titum Manlium Torquatum. At illud quod torquem Begerus appellat, aliquamne præ ſe fert torquis ſpeciem ? Eſt enim ceu quædam ſpira tomento farta & rotunda, quæ à collo certe nimium diſtat, quam ut poſſit torques dici, ante & à tergo ducitur & circumquaque agitur, vel ex panno quopiam, vel alia plicabili materia confecta ; nam dimittitur ante pectus, ita ut & collum & pars pectoris ſupra ſpiram videatur, hærereque videtur omnino alteri panno ſupra reliquum pectus demiſſo & in acumen deſinenti, qui pannus in angulum deſinens neque togæ, neque tunicæ pars eſſe poteſt, quantumcumque contra dixerit Begerus ; & palmarum ornamentum quod hîc comparet, neutiquam ad togam vel ad veſtem palmatam pertinet. Paucos fore puto qui hîc torquem agnoſcere velint.

Cæterum Begerus ne verbum quidem dicit de foliis vitis pampiniſque qui ſupra ſpiram illam, ſi ita fas ſit appellare, comparent : quo conſpecto facile crediderim vel eſſe Bacchi protomen, vel alterius cujuſpiam ex Bacchico cœtu. Ea de re judicium eruditi lectoris exſpectabo.

CHAPITRE IV.

I. Tête de Cinna. II. Tête du Roi Maſſiniſſa. III. Soldat armé ſingulierement. IV. Homme deux fois repréſenté dans la même image : une fois armé, & l'autre avec la toge.

5 I. L'Inſcription nous apprend que la tête ſuivante & de Cinna. [1] Son caſque eſt fort ſingulier, il n'a pour aigrette & pour ornement que des pointes un peu crochuës, comme chacun le peut remarquer. C'eſt apparemment ce Cinna qui fit tant de mal à la République Romaine. Il fut quatre fois Conſul, & ne le fut légitimement que la premiere fois, il employa la violence & le carnage pour arriver les trois fois ſuivantes à ce ſuprême degré de la Magiſtrature Romaine. Il ſuivit le parti de Marius contre Sylla. Téméraire dans ſes entrepriſes, il vint ſouvent à ſes fins, & preſque toûjours par le ſang & le carnage. Sa cruauté le rendit odieux à tout le monde ; en ſorte qu'il fut lapidé par ſes propres ſoldats.

4 II. Tout eſt remarquable dans la tête ſuivante, le caſque [4] la barbe, la

---


CAPUT IV.

I. Cinnæ caput. II. Caput Maſſiniſſæ Regis. III. Vir ſingulari armorum genere inſtructus. IV. Vir bis in eadem exhibitus imagine armatus & togatus.

I. DOcet Inſcriptio in imagine ſequentia caput Cinnæ galeatum repræſentari, galea ſingulari inſtructa eſt ornatu : alicujus ſerræ dentes eſſe diceris ita ſunt acuti ; ſuntque præterea contorti, ut conſpicis. Hîc ille Cinna videtur eſſe qui tot damna Romanæ Reipublicæ intulit, ipſamque tot malis affecit. Quater conſul fuit, primumque dumtaxat conſulatum legitime obtinuit ; ad tres porro ſequentes conſulatus nonniſi per cædes, ſanguinem, violentiamque pervenit. Partes Marii contra Syllam ſequutus, temere ſemper res magnas ſuſcepit ; ſæpe votum aſſequutus eſt, ſed per cædes & ſanguinem ut plurimum. Immanitas porro tanta adeo exoſum omnibus virum reddidit, ut à ſuis ipſis militibus lapidaretur.

II. Nihil non ſpectabile eſt in ſequenti capite.


BUSTES DE GUERRIERS
VI. Pl. du Tom. IV
1
2
3
4
Maffei
Beger
Maffei
Maffei
Tom. IV. 6.



chevelure, le collier. On l'a donné pour le Roi Maſſiniſſa ; il faut avouer que les conjectures ſont aſſez fortes ; cette barbe & cette chevelure conviennent parfaitement à un Roi des Numides. Le vieux Roi Juba que nous voyons ſur les médailles, eſt auſſi remarquable par ſa barbe & par ſes cheveux friſés, & Ciceron dit d'un de ſa race, c'étoit Hiempſal fils du Roi Juba : *Adoleſcens non minus bene nummatus, quam bene capillatus* contra Rullum, un jeune homme non moins fourni d'argent que de cheveux. Maſſiniſſa qui étoit d'une excellente conſtitution, & qui vécut quatre-vingt-dix-ſept ans, eut des enfans à l'âge de quatre-vingt-ans ; & c'eſt pour cela, dit-on, que Venus eſt repréſentée derriere ſa tête. Ces caractéres qu'on voit devant ſa tête ſont, à ce qu'on croit, Puniques ; nouvelle preuve que c'eſt le Roi Maſſiniſſa. Le caſque au-bas duquel pend ſa chevelure flottante, eſt des plus ornés : on y voit d'abord un cheval marin, marque que ſon Royaume s'étendoit juſqu'à la mer ; plus haut eſt une bige, ou un char à deux chevaux qui vont à bride abattuë, peut-être parce qu'il aimoit ce ſpectacle & l'éxercice même ; au-bas du caſque ſur le derriere eſt un chien qui pourroit marquer qu'il étoit adonné à la chaſſe. Il porte un collier de perles ou de pierres rondes, ornement que porte auſſi un Roi Parthe donné au tome pécédent, planche XVI.

III. Le ſoldat ſuivant eſt tiré de Pettau dans la Stirie. L'inſcription a été donnée par P. Apianus, & d'après lui par Gruter ; mais corrompuë en ſorte qu'on n'en peut tirer le ſens. Cette Inſcription ſe trouve auſſi dans le MS. de Boiſſard p. 515. avec les figures qui l'accompagnent, elle eſt de même imparfaite, & partie Grecque partie Latine. Il y a toute l'apparence poſſible qu'hors le ſecond mot qui ne ſe peut rétablir & qui n'eſt pas eſſentiel, l'Inſcription ſe doit lire ainſi dans Boiſſard, qui l'a donnée plus fidellement. PL. VII.

ΕΥΣΤΑΘΙΩι QUI

Vixit annis LI. *menſibus octo, diebus octo*, Αὐρήλιος Δημήτριος καὶ Φηλικίτας γονεῖς υἱῷ γνησίῳ.

Cela veut dire, *Aurelius Demetrius & Félicité ont dreſſé ce monument à leur fils legitime Euſtathe .... qui a vécu* 51. *ans huit mois huit jours.*

Mais ce n'eſt pas l'Inſcription que nous avons en vûë en donnant ce monu-

galea, barba, capillitium & torques 4. Regem Maſſiniſſam eſſe dixerunt ii qui priores publici juris fecerunt conjecturis certe ; ſed ut vere fateor non improbabilibus. Barba quippe & capillitium in Regem Numidarum optime conveniunt. Rex Juba ſenex ille, quem in nummis conſpicimus, à barba & ipſe quoque atque à capillitio ſpectabilis eſt. Atque Cicero contra Rullum de aliquo juvene ejuſdem ſtirpis ; erat autem Hiempſal Jubæ Regis filius ; *adoleſcens non minus bene nummatus, quam bene capillatus.* Maſſiniſſa qui vegetus admodum erat, & optima corporis indole atque conſtitutione, & qui annis nonaginta ſeptem vixit, octogenarius prolem habuit, ideoque aiunt, pone caput ejus in hac imagine Venus depingitur. Litteræ autem illæ quæ ante vultum ejus comparent Punicæ ſunt, ut quidam putant : quod novum emergeret pro Maſſiniſſa agnoſcendo argumentum. Galea in cujus ima parte capillitium dependet, ornatiſſima eſt. In eo ſtatim viſitur marinus equus, quo ſignificatur Regnum ejus ad oram maris pertingere. Supra marinum equum biga cernitur, ſive currus duobus equis junctus, qui velociſſimo curſu feruntur, an quia hoc ſpectaculum, imo etiam exercitium amabat ? In ima galea inque poſteriori parte canis viſitur, quod fortaſſe venatui deditus eſſet. Torquem ex unionibus vel fortaſſe ex rotundis lapillis gemmiſque geſtat, quod genus etiam ornamenti habet Rex ille Parthorum quem in tomo præcedenti tab. XVI. protulimus.

III. Imago ſequens ex monumento quodam Pettavii in Stiria exſiſtenti educta à Boiſſardo fuit. Inſcriptio ab Apiano primum, deinde à Grutero publicata eſt, ſed vitiata, ita ut nullum inde ſenſum expiſcari poſſis. Hæc inſcriptio in MS. Boiſſardi, de quo ſæpe diximus, reperitur p. 515. cum ſchematibus quæ hîc primum publicamus. Inſcriptio autem hîc imperfecta eſt, partim Græca partimque Latina. Veriſimile autem prorſus eſt præter ſecundam vocem quæ non poteſt ſuppleri, quæque non omnino ad ſenſum neceſſaria videtur eſſe, totam inſcriptionem apud Boiſſardum ſic legi debere, qui Boiſſardus accuratius quam cæteri deſcripſit.

ΕΥΣΤΑΘΙΩΙ...... QUI

VIXIT ANNIS LI. MENSIBUS OCTO DIEBUS OCTO
ΑΥΡΗΛΙΟΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΚΑΙ ΦΗΛΙΚΙΤΑΣ
ΓΟΝΕΙΣ ΥΙΩΙ ΓΝΗΣΙΩΙ. hoc eſt

Euſtathio .... qui vixit annis LI. menſibus octo, diebus octo, Aurelius Demetrius & Felicitas parentes filio legitimo. Verum non inſcriptionem præcipue reſpicimus in hoc monumento ; ſed militis apparatus & cultus ad


ment ; c'eſt la figure du ſoldat qui fait à notre ſujet. Sa cotte d'armes eſt ſinguliere, ſi toutefois on peut l'appeller cotte d'armes ; c'eſt toûjours un habit de guerre. Il porte une chlamyde attachée à l'épaule droite avec une boucle, ſon bouclier eſt ovale, orné tout autour de petits ronds. Sa chauſſure eſt fermée & couvre tout le pied ; elle monte juſqu'au milieu de la jambe. Il tient à la main gauche un rouleau. A l'autre niche on voit un homme revêtu de la toge, & qui tient auſſi un rouleau de la main gauche. Celui-ci pourroit être Aurelius Démetrius, & celui qui eſt vêtu en homme de guerre, Euſtathe ſon fils. Mais ce Démetrius paroît bien jeune pour être pere d'un homme mort âgé de près de cinquante-deux ans. Cependant il ſemble qu'il faut que ce ſoit lui ; car ſi quelqu'un vouloit dire que Démetrius fut celui qui eſt habillé en homme de guerre, l'Inſcription qui fait mention d'Euſtathe fils, & de Démetrius pere, ne diſant rien qui puiſſe faire diſtinguer le fils du pere dans les deux images, on lui répondroit que la même difficulté reviendroit toûjours, puiſque l'homme de guerre paroit auſſi jeune que l'autre.

IV. Je m'apperçois ici tout-d'un-coup d'une choſe qui a beaucoup d'apparence, quoiqu'on n'ait encore rien vû de ſemblable. Ces deux figures ſe reſſemblent tellement, & pour la taille & pour l'âge & pour les traits du viſage, qu'il ſemble que ce ſoit le même vêtu en homme de guerre d'un côté, & portant la toge Romaine de l'autre. Euſtathe mort âgé de 51. ans huit mois pouvoit avoir fait toutes ſes campagnes, & quitté le ſervice depuis peu de temps. On l'aura voulu repréſenter en ſoldat d'un côté, & avec la toge de l'autre. Ce qui fortifie cette conjecture, c'eſt que ſi l'on avoit mis Euſtathe avec ſon pere, on n'auroit pas manqué d'y mettre auſſi Félicité ſa mere ; cela ſe fait ainſi aſſez ordinairement. La chauſſure eſt la même dans les deux figures, & chacune tient le rouleau de la main gauche. Il ne faut pas oublier de dire qu'Euſtathe qui d'un côté eſt habillé en homme de guerre, & porte la toge de l'autre côté, nous rappelle une Ordonnance de Marc-Aurele, que tous les ſoldats porteroient la toge. Il eſt à remarquer que ce monument eſt dans la Pannonie, où Marc-Aurele fut long-temps faiſant la guerre contre les Germains du voiſinage, & où il ſe ſignala plus que par tout ailleurs.

ſui ſpectaculum affert. Lorica ejus ſingularis, ſi tamen loricam liceat appellare : eſt ſaltem militare veſtimentum. Chlamydem geſtat humero dextro annexam fibula. Clipeus ejus ovatæ formæ eſt circulis undique ornatus. Calceamentum undique clauſum totum tegit pedem, & uſque ad cruris medium aſcendit. Manu ſiniſtra volumen tenet. In altera quaſi apſidula conſpicitur [illegible] togatus, qui & ipſe quoque volumen [illegible] tenet. Hic poſſet eſſe Aurelius Demetrius, & is qui militari veſte operitur Euſtathius ejus filius. Verum hic Demetrius videretur junior eſſe, quam ut poſſet viri quinquaginta duos annos nati pater eſſe. Attamen ipſe ſit oporteat, uti quidem [illegible] videtur : nam ſi quis diceret Demetrium eum eſſe qui armis inſtruitur, cum inſcriptio quæ Euſtathium filium & Demetrium patrem commemorat, nihil dicat, quo filius diſtingui poſſit à patre ; ipſi reſponderi poſſet, eamdem ſemper recurrere difficultatem, quia [illegible] quidem is qui armis munitur æque juvenis eſſe videtur, atque is qui togatus eſt.

IV. In mentem [illegible] ſubit res quæ multam ſane veriſimilitudinem præ ſe fert, etſi ea nullo, cujus quidem meminerim, exemplo fulciatur. Hæc duo ſchemata ita ſimilia ſunt, ſive ſtaturam ſpectes, ſive ætatem, ſive vultus lineamenta, ut videatur idem ipſe eſſe, qui veſte militari in altera imagine ſit, togatus autem in altera. Euſtathius annorum 51. & octo menſium defunctus, optime potuiſſet annos vigintiquinque militiam ſubiiſſe, & à paucis annis militiam deſeruiſſe. Quamobrem eum hinc militem inde togatum repræſentaverint. Illud autem quod huic conjecturæ favet, hujuſmodi eſt ; ſi Euſtathius cum patre poſitus fuiſſet, Felicitas quoque mater ejus exhibita fuiſſet, id quod ſane ſæpe videre eſt. Calceorum genus idipſum eſt in ambobus ſchematibus, & utraque viri figura volumen manu ſiniſtra tenet. Neque vero prætermittendum eſt Euſtathium qui hinc armis munitur, inde togam geſtat, Marci Aurelii Decretum in mentem revocare, quo jubebat omnes milites togam geſtare. Obſervandum autem eſt hoc monumentum in Pannonia eſſe, ubi Marcus Aurelius aliquanto tempore conſtitit, quando bellum contra Germanos vicinos gerebat, & quo bello majorem ſibi gloriam quam uſquam alibi peperit.


SOLDAT



ЄΥ CΤΑΘΙ ΤΑΝΑΤΟΝΙ
VIXIT ANN. LI M̄. VIII. D.
VIII. ΑΥΡΗΛΙΩΙ ΔΗΜΗΤΡΟΙ
ΚΑΙΦΗΛΙΕΙΤΑCΙΟΝЄΙCΥΙΩ
ΓΝΗ CΙΩ



Boissard. Ms.



CHAPITRE V.

I. Castor vétéran. II. Rouleaux entre les mains des statuës Romaines. III. Instrument militaire dont on ignore le nom. IV. Autres soldats.

I. VOici un monument des plus remarquables trouvé à Bayes, & dessiné par le même Boissard. C'est le tombeau d'un vétéran nommé Castor, comme nous apprend l'Inscription dont voici le sens. *Aux dieux Manes de Corneille Castor vétéran. C'est Asamon Turranius soldat de la troisiéme cohorte, qu'on appelle* adjutrix, *qui a érigé ce monument pour lui comme un gage de son amitié. Il l'a fait aussi pour lui-même, pour sa femme Laberia Phædima, pour Phædimus Lemnus son fils, pour tous les affranchis & affranchies, & pour leurs descendans.* Cornelius Castor vétéran est ici représenté d'un côté, & Asamon Turranius de l'autre. Le buste de ce dernier se voit une autre fois plus bas vis-à-vis de Laberia Phædima sa femme. Ce buste d'Asamon nous donne moyen de distinguer sa figure entiere de celle du vétéran qui est à son côté. Corneille Castor est donc celui qui n'a point de barbe. On sçait qu'on appelloit anciennement vétérans ceux qui avoient servi vingt-cinq ans, & que ces années de service furent dépuis réduites à vingt. Après cela on ne pouvoit plus les obliger d'aller à la guerre, & ceux qui y alloient étoient volontaires. Castor porte une grande chlamyde frangée par le bas, & arrêtée à l'épaule droite avec une boucle ronde. Il tient une pique qui n'est pas plus haute que lui, & le fer contre terre. PL. VIII.

II. Il tient de la main gauche un rouleau, ce qui est si ordinaire dans ces monumens, que cela même peut former une difficulté sur l'usage de ces rouleaux. On les prend assez souvent pour une marque de Magistrature : mais si ç'en est une en effet, pourquoi le trouve-t-on ainsi par-tout, entre les mains de toutes sortes de gens, & quelquefois des femmes mêmes. Un habile homme a cru que ce rouleau pouvoit être comme une espece d'agenda de ce qu'on avoit à faire dans la journée, que chacun portoit pour aider sa mémoire. Peut-être aussi que le rouleau avoit été au commencement une marque de dignité, & que dans la suite tout le monde voulut s'en faire honneur, comme chacun se fit

---

CAPUT V.

I. Castor veteranus. II. Volumina præ manibus statuarum Romanorum. III. Militare instrumentum cujus nomen ignoratur. IV. Alii milites.

I. EN monumentum spectaculo dignum Baiis à Boissardo repertum atque delineatum. Sepulcrum est veterani cujusdam nomine Castoris, ut docemur ex inscriptione quam ita legimus. *Diis Manibus Cornelii Castoris veterani. Amicitiæ pignus posuit Asamon Turrianus miles cohortis tertiæ adjutricis, & sibi & Laberiæ Phædimæ uxori, & Phædimo Lemno filio, libertis libertabusque posterisque eorum.* Cornelius Castor veteranus hîc in alio latere repræsentatur, in alio Asamon Turrianus. Hujus Turriani etiam protome infra ponitur è regione protomes Laberiæ Phædimæ uxoris ipsius. Hæc porro protome Turriani facultatem nobis exhibet distinguendi ipsum à veterano qui in alio marmoris latere stat. Cornelius Castor imberbis est, alius autem barbatus. Ignorat nemo veteranos illos olim fuisse, qui per viginti quinque annos militavissent, & postea hos militiæ annos ad viginti fuisse redactos. Posteaque nullum ad militiam veteranum obstringi potuisse, si qui vero nihilominus pergerent, ii voluntarii erant. Castor magnam chlamydem gestat in ima ora fimbriatam, & in humero dextro fibula rotunda annexam.

II. Manu sinistra volumen gestat : id quod in hujusmodi monimentis ita passim occurrit, ut hinc difficultas oriatur circa voluminum usum. Volumina ut plurimum pro magistratus symbolo & nota habentur. Sed si vere magistratus nota sit, cur sic passim ea occurrit præ manibus omnium fere cujusvis conditionis virorum, & aliquando etiam mulierum ? Vir quidam eruditissimus putavit volumen hujuscemodi posse schedulam esse, in qua ea quæ per diem agenda essent consignarentur, quam quisque manibus gestabat, ut memoriam agendarum rerum juvaret. Forte etiam dicatur initio volumen dignitatis notam fuisse, in sequenti vero tempore omnes hanc honoris notam præ se ferre voluisse; ut etiam omnes demum togam assum-

auſſi honneur de porter la toge & des bagues d'or aux doigts, ce qui originairement n'étoit que pour les gens d'une certaine qualité. Sa chauſſure comme celle de ſon voiſin, couvre tout le pied, & monte juſqu'au-deſſus du gras de la jambe où elle a certains ornemens, comme des franges qui ſe remarqueront à l'œil.

II. Etſi non nova proferamus monumenta, quæ vel equites ſingulatim exhibeant vel aliquam equitum turmam, quales dedimus in quarto Antiquitatis explanatæ tomo ; difficultates tamen quaſdam proponam, quæ vix reſolvi hactenus potuerunt. Cur *ſtapedes* ; ſic enim vocabulo medii ævi appellantur ; ita neceſſarii, ita commodi, atque ut primo intuitu exiſtimatur, inventu ita faciles, apud veteres in uſu non fuerunt, neque etiam in ipſorum venere notitiam ; id quod manifeſte deprehenditur, tum quia in magno illo equitum numero, quos antiquitas ad nos uſque tranſmiſit, ne unus quidem cum ſtapede cernitur ; tum etiam quia nec apud Græcos nec apud Latinos aliqua vox habetur huic deſignando inſtrumento aſſignata ; nominaque ipſis indita infimis tantum ſæculis reperiuntur. Attamen quid magis neceſſarium hoc inſtrumento ut in equum conſcendatur, utque quis commode equitet ? Et quid facilius quam in ephippio utrinque funem corrigiamve annectere, ex qua pendeat inſtrumentum inſerendo & firmando pedi idoneum ? Quid cauſæ eſt quod priſca illa ſæcula multarum inventione rerum ita celebrata, re tam commoda tamque neceſſaria caruerint. Ni mea me fallit opinio, rei quæ pene incredibilis videtur cauſam reperi. Ephippium illis temporibus pannus erat, qui aliquando pene ad terram uſque utrinque defluebat, duplicatuſque fortaſſe erat ; imo aliquando fortaſſe tomento fartus ; licet tamen id non appareat in ſchematibus illis quæ dedimus atque repræſentavimus in tabulis XXVII. XXVIII. & XXIX. atque in ſequentibus quarti Antiquitatis explanatæ tomi. Hujuſcemodi porro ephippiis difficile erat *ſtapedes* annectere qui ſat firmiter ſtarent, ut quis in equum iis adjutus conſcenderet, vel equitando firmiter ſtaret. Nondum artem invenerant ligneam machinam, in ephippia inducendi, ut videre eſt in omnibus ephippiis, quæ in monumentis hactenus prolatis comparent. Tempore tantum Theodoſii Magni ephippia viſuntur globulum anteriorem ſolidum ligneumque habentia, quæ manu apprehendi poſſent, atque ut videtur ephippia ligneam machinam tunc intus habebant. Ab illo autem ævo ephippia inventa fuere, etſi quo tempore primum

Grecs n'avoient pas d'étriers, & n'ont jamais eu de nom qui ſignifiât un étrier : Encore moins les peuples barbares, dont la plûpart alloient ſur le cheval nud, ſans aucune eſpece de ſelle.

III. Les anciens avoient des éperons. Ciceron ſe ſert quelquefois du mot de *calcar* pour exprimer l'éperon. Il l'employe même en un ſens métaphorique, à la maniere dont nous nous en ſervons aujourd'hui, quand nous diſons : tel a beſoin de bride, & tel d'éperon, pour ſignifier que l'un va trop vîte & l'autre eſt trop lent ; ce qui marque que l'uſage des éperons, pris dans le ſens naturel étoit fréquent de ſon temps. Virgile exprime l'éperon par le talon ferré, *ferrata calce* dans l'onziéme de l'Eneïde v. 714.

Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat

& dans Silius Italicus 7. 696.

Ferrata calce, atque effuſa largus habena
Cunctantem impellebat equum.

Cependant nous ne voyons aujourd'hui dans tout ce grand nombre de chevaux & de cavaliers, que l'injure du temps à épargnés, aucune trace d'éperon de quelque maniere que ce puiſſe être. Je croirois volontiers que ces éperons n'étoient, que de petites pointes de fer qui ſortoient d'une lame de fer attachée à la chauſſure du côté du talon. J'ai vu dans nos campagnes des éperons, qui n'étoient autre choſe qu'une pointe ſortant du ſoulier, attachée à une lame de fer qui entroit dans le ſoulier du côté du talon. Je ne ſçai ſi l'on s'en ſert encore aujourd'hui. Comme donc l'éperon n'étoit qu'une pointe de fer qui ſortoit de la chauſſure du côté du talon, il peut ſe faire qu'on aura négligé de le marquer dans les monumens qui nous reſtent. Les Grecs appelloient l'éperon, κέντρον. Ποτὶ κέντρον δὲ τοι λακτιζέμεν τελέθει ὀλισθηρὸς οἶμος, *Le chemin devient périlleux quand on rue contre l'éperon.* Ce qui a été imité dans les Actes des Apôtres : il vous eſt dur de ruer contre l'aiguillon dit N. S. Jeſus-Chriſt à St. Paul. Et ce qui revient auſſi à ce que dit Terence *contra ſtimulum ut calces*, vous ruerez ainſi contre l'aiguillon.

L'éperon que nous donnons ici n'eſt qu'une pointe attachée à un demi cercle de fer, qui s'ajuſtoit dans la chauſſure de ces temps-là, c'étoit la calige ou le campagus, ou l'ocrea ; chauſſures qui n'étoient pas ordinairement fermées de tous cô-

---

ſtructa fuerint ignoremus. Græci veteres nunquam ſtapedes habuerant, neque nomen illis ſignificandis. Longe vero minus barbari, quorum maxima pars equum nudum nulloque ephippio ſtratum conſcendebant.

III. Veteres calcaribus utebantur. Calcaris quippe nomine Cicero non ſemel utitur. Etiamque μεταφορικῶς hanc adhibet vocem, eo quo nos hodieque adhibemus modo, cum dicimus : hic freno, ille calcaribus opus habet, ut ſignificemus hunc celerius quam par eſt, illum lento gradu in rebus agendis procedere. Hinc porro indicatur calcaria in ſenſu primo atque naturali jam tempore Ciceronis frequentioris fuiſſe uſus. Virgilius quoque calcar per ferratam calcem exprimit hoc verſu Æneïd. undecimo v. 714.

Quadrupedemque citum ferrata calce fatigat,


& apud Silium Italicum 7. 696.

Ferrata calce, atque effuſa largus habena.
Cunctantem impellebat equum.

Attamen in tanto equitum numero, quos hactenus in monumentis conſpeximus, & quibus temporum injuria pepercit, ne veſtigium quidem calcaris videmus. Libenter credam calcaria illa aculeos ſolum minutos ferreoſque fuiſſe, qui ex lamina ferrea calceo annexa circa calcem ipſam emitterentur. Vidi in provinciis noſtris calcaria hujuſmodi, aculeos nempe ferreos qui ex calceis exirent & laminæ ferreæ intus hærerent. Neſcio autem utrum hodieque ſimilia adhibeantur. Cum itaque hujuſmodi eſſent calcaria veterum, aculei nempe ferrei ex calceis ſeu caligis exeuntes verſus calcem ; hinc fieri potuit ut calcaria negligerentur, nec repræſentarentur in monimentis. Græci calcar ſeu ſtimulum κέντρον vocabant. Ποτὶ κέντρον δὲ τοι λακτιζέμεν τελέθει ὀλισθηρὸς οἶμος, *contra ſtimulum calcitrare lubrica eſt via*, cui ſimile eſt in Actibus Apoſtolorum ; *durum eſt tibi contra ſtimulum calcitrare*, ait Paulo D. Jeſus Chriſtus : ſic & apud Terentium dicitur, *contra ſtimulum ut calces.*

Calcar illud quod poſtea proferimus, eſt aculeus tantum ferreus ex ſemicirculo ferreo erumpens, qui ſemicirculus calceamentis illius temporis aptabatur, caligæ nempe, campago, vel ocreæ ; quæ calceamentorum genera ut plurimum non undique clauſa erant, nonnunquam tamen undique clauſa comperiuntur


Apres la XII Pl. du Tome IV.
COMBAT A CHEVAL, BRIDE, EPERON
1
2
2
3
13
M Fritsch.
Tom. IV 12



tés & qui laissoient des espaces vuides, quoiqu'il y en eut aussi de fermées tout-à-fait. Au bout du demi cercle d'un côté il y a un retour & une espece d'accroche qui s'inséroit d'un côté, on ne sçait comment, & dont le bout se termine en une tête d'homme.

esse. In extremo semicirculo ab uno latere, virgula illa ferrea reflectitur in unci morem, quæ nescio quo pacto in calceamentum inserebatur, & in vultum humanum terminatur.

CHAPITRE V.

I. Cavalier de Mayence. II. Inscription de la même Ville. III. Bas relief qui représente des Capitaines Romains. IV. Alloquutions. V. Hache de pierre de touche.

I. LE cavalier qui fut déterré à Mayence, est d'un si mauvais goût, que j'ai balancé si je le donnerois ici, ou si je le rejetterois absolument; mais persuadé que les choses mêmes qui paroissent les plus maussades, & les plus grossieres ne laissent pas d'avoir leur utilité, je me suis enfin déterminé à le mettre. Ce cavalier à un pieton avec lui. Les visages de l'un & de l'autre sont si défigurés, qu'on n'y distingue plus rien; l'ornement de tête & du cavalier & du pieton est remarquable, aussi bien que l'épée du cavalier. L'Inscription qui est au-bas est composée de quelques mots, dont le premier se lit ainsi TOGITIO. Les autres lettres qui suivent ne font ni sens ni suite. PL. XIII.

II. Une autre Inscription qui se voit dessous celle-ci, paroît n'avoir été mise là qu'après coup & par accident. Elle n'a aucun rapport avec le cavalier. La pierre sur laquelle est l'Inscription, a la forme d'un piedestal ou d'un autel. L'Inscription qui est curieuse se doit lire ainsi: *Pro salute Imperatoris Marci Aurelii Antonini Pii Felicis, Fortunæ reduci legionis vigesimæ secundæ Prætoriæ, Piæ Felicis, Caius Cenilius Victor veteranus legionis vigesimæ secundæ Prætoriæ, Piæ Felicis M.H.M. Negociator gladiarius testamento suo fieri jussit. AD. H. S. N. VIII. MII.* Il y a quelques lettres qui sont des commencemens de mots que j'ai passées. J'aurois pu les lire en hazardant; mais il vaut mieux en expliquer moins & l'expliquer sûrement; le sens est donc: *Pour la santé de l'Empereur Marc-Aurele: A la fortune qui a conduit ou ramené la légion vingt-deuxiéme Pretorienne, pieuse & heureuse, Caius Cenilius Victor vétéran de la légion vingt-deuxiéme pieuse & heureuse, négociateur ou vendeur d'épées dans cette ville municipale de Mayence, a ordonné par son testament qu'on dressât ce monument....* .... C'est sur les dernieres lettres que je ne hazarde rien. Quant à ces trois M. H. M. je crois qu'elles peuvent signifier *Municipii hujus Moguntini*

CAPUT V.

I. Eques Moguntinus. II. Inscriptio urbis ejusdem. III. Anaglyphum Romanos duces exhibens. IV. Alloquutiones. V. Securis lapidea.

I. QUi sequitur eques Moguntiæ erutus adeo rudi opere elaboratus fuit, ut aliquandiu hæsierim, darem-ne an rejicerem. Sed cum experimento didicerim etiam ea quæ rudiora minorisque precii esse videntur, non sua carere utilitate, tandem in æs incidendum tradidi. Hîc eques peditem secum habet; utriusque porro vultus ita labefactati & deformati sunt, ut nihil ibi percipias. Ornamentum capitis in equite & in pedite idem est, & singulare quidpiam præ se fert: gladius equitis item spectabilis. Inscriptio infrà posita aliquot verba complectitur, quorum prius est TOGITIO. Cæteræ vero litteræ sequentes nullum sensum præ se ferunt.

II. Altera sub hac posita inscriptio ad anaglyphum superius nullo modo pertinere videtur, & casu quopiam illi subjuncta fuit, neque ad equitem referri posse videtur. Lapidem in quo est inscriptio, stylobaten aut basim esse diceres. Inscriptio porro illa sic legenda: *Pro salute Imperatoris Marci Aurelii Antonini pii felicis, fortunæ reduci legionis vigesimæ secundæ prætoriæ, piæ felicis, Caius Cenilius Victor veteranus legionis vigesimæ secundæ prætoriæ piæ felicis M. H. M. negociator gladiarius testamento suo fieri jussit. AD. H. S. N. VIII. MII.* Aliquot litteræ initia sunt vocum: aliquas non explicatas retuli; poteram cum periculo errandi legere; sed præstat pauciora explicare dum certo id fiat. Posteriores igitur litteras non ausus sum interpretari. Quod spectat igitur ad tres illas M. H. M. puto significare posse *municipii hujus Moguntini.* Inter nego-

entre les Négociateurs où les Négocians, qu'on trouve en grand nombre dans les Inſcriptions de Gruter ; on n'avoit pas encore trouvé le Négociateur d'épées *negociateur gladiarius*. On y trouve le ſagarius qui vendoit des ſayons ou des habits militaires; l'ærarius & ferrarius, veſtiarius, frumentarius & un grand nombre d'autres.

PL. après la XIII. III. Le beau bas relief Romain qui ſuit n'a pas été publié, que je ſçache. Ce ſont des Officiers, & les principaux de l'armée Romaine, comme il eſt aiſé de juger par la forme de l'habit militaire, & par le grand panache qu'on voit ſur leur caſque. Je ne ſçai même ſi l'Empereur n'eſt pas de la troupe, & ſi ce ne ſeroit pas celui, qui a ſur la cuiraſſe une tête peut-être de Meduſe. Si c'eſt un Empereur, ce ne peut être qu'où Marc-Aurele, ou Septime Severe ; mais il ne reſſemble guére ni à l'un ni à l'autre. Il eſt barbu, & vient avec les autres Officiers devant le Temple de Jupiter Capitolin. C'étoit apparemment avant que d'entreprendre quelque expédition militaire. Entre les Empereurs barbus qui ont vécu au bon temps de la Sculpture, cela ne peut convenir qu'à Marc-Aurele & à Septime Severe : c'eſt tout ce qu'on en peut dire. Il y a ici cinq principaux Officiers ; celui que je prens pour l'Empereur à la cuiraſſe plus ornée que les autres. Elle a en-bas un double rang de bandelettes. Derriere l'Empereur eſt un Portenſeigne, qui paroît voilé comme un Prêtre : mais je crois que ce voile eſt la dépoüille du lion mal exprimée par le Sculpteur : on voit en effet ſur le devant quelque choſe qui reſſemble au muffle du lion. C'eſt lui qui tient le ſigne de l'aigle. Si c'étoit un Prêtre il ne ſeroit pas ainſi derriere les autres, mais il ſeroit au-devant de tous, & ce ſeroit l'Empereur qui en feroit la fonction, comme nous en avons vû par tout ailleurs. Le Temple de Jupiter Capitolin, qui porte ſon Inſcription, *Jovi Capitolino*, n'a ici que deux colomnes : Mais nous avons ſouvent vû que les Graveurs & les Sculpteurs ne mettoient que fort rarement toutes les colomnes des Temples. Les deux ſoldats tirés d'une pierre gravée ſont remarquables ; l'un a le bouclier tout rond, & l'autre héxagone, mais caché à moitié par le premier. L'un a pour armes une pique ſans fer, & l'autre un bâton, au bout duquel eſt un globe.

PL. XIV. IV. On a donné un aſſez grand nombre d'alloquutions dans le quatriéme tome de l'Antiquité. En voici encore trois tirées d'une médaille & de deux médaillons, qui ont chacune quelque choſe de ſingulier. La premiere eſt un revers de Tra-

---


ciatores ſeu negociantes, qui in Gruteri inſcriptionibus magno numero comparent, nondum repertus fuerat negociator gladiarius. Hi autem ibidem occurrunt, ſagarius qui ſaga vendebat ærarius, ferrarius, veſtiarius, frumentarius, & multi alii.

III. Egregium anaglyphum Romanum ſequens nunquam, quod quidem ſciam, publicatum fuit. Sunt autem Tribuni, vel duces proceresve exercitus Romani, ut facile deprehenditur ex veſtis militaris forma, & ex juba prægrandi quæ ſingulorum caſſidem coronat. Imo ſuſpicor etiam ipſum adeſſe Imperatorem, illumque eſſe in cujus thorace caput viſitur, fortaſſe Meduſæ. Si Imperator ſit, eſt haud dubie vel Marcus Aurelius vel Septimius Severus, etſi tamen vere neutrum referat. Barbatus eſt, cumque aliis tribunis & ducibus ante templum Jovis Capitolini venit : idque, ut videtur, anteqam militaris quædam expeditio ſuſcipiatur. Inter Imperatores autem barbatos qui florente ſculpturæ arte vixerunt, id nonniſi in Marcum Aurelium, vel in Septimium Severum convenire poteſt. Hoc unum hac de re proferre poſſumus. Hîc quinque præcipui duces cernuntur. Is quem eſſe Imperatorem ſuſpicor, loricam habet ornatiorem, quæ etiam inferne duplicem faſciarum ordinem pendentem habet. Pone Imperatorem eſt ſignifer qui velatus eſſe videtur quaſi ſacerdos : ſed velum eſſe puto leonis pellem male à ſculptore efformatam ; etenim à fronte nares leonis videntur eſſe : hîc vero ſignum militare, aquilam videlicet tenet. Si ſacerdos eſſet, non pone alios ſtaret, ſed ante omnes, & ipſe Imperator ſacerdotio fungeretur, uti ſemper alibi conſpeximus. Templum Jovis Capitolini, quod ejus inſcriptionem præ ſe fert, *Jovi Capitolino*, duas tantum hîc columnas habet : at raro vidimus ſculptores omnes templorum columnas repræſentare.

Duo illi milites ex gemma educti ſpectabiles certe ſunt : alter clipeum prorſus rotundum habet ; alter hexagonum, ſed cujus pars dimidia à priore occultatur. Alter haſtam tenet ſine ferro ; alter baculum globo terminatum.

IV. Amplum alloquutionum numerum protulimus in quarto Antiquitatis explanatæ tomo. En tres alias damus ex nummis eductas, quarum ſingulæ quidpiam obſervatu dignum habent. Prior eſt poſtica facies nummi Trajani, ubi inſcriptio illa *adloquutio*


CAVALIER DE MAYENCE



TOGITIOSO
IIMARI·FIIN

PRO SALVTE IMPMAV
RELI ANTONN
PII FELICIS.
FORTVNAE REDVCI
LEG·XXII PR PECCENIL
IVS·VICTOR·VETLEG
XXII·PR·PF·MIIMNI COT
IATOR·GLADIARIVS
TESTAMENTO SVO FIERI
IVSSIT ADIISN·VIII·MII

Envoié de Mayence




OFFICIERS R



Mr Fratsch

42

MAINS, SOLDATS.





2

Mr. Fritsch



jan, ou l'Inſcription *Adloquutio* ne ſe trouve pas ; & au-lieu de celle-là on lit *Imperator VIII.* C'en eſt pourtant une ; l'Empereur ſur ſon Tribunal *in ſuggeſtu* parle aux troupes, accompagné de deux Officiers. Les ſoldats ſont devant le Tribunal avec les ſignes militaires, & tendent les mains comme pour demander quelque choſe à l'Empereur. Un médaillon du Roi de l'Empereur Valerien a pour revers une Alloquution avec l'Inſcription ADLOCUTIO AUGUSTORUM. Valerien & ſon fils Gallien ſont ſur le Tribunal avec un autre Officier ; les ſoldats avec les ſignes militaires ſont en-bas à l'ordinaire. Un médaillon de M. le Maréchal d'Etrées a d'un côté le buſte de l'Empereur Probus, qui porte un caſque, une pique ſur l'épaule, & ſon bouclier ſur l'autre épaule. Au revers on le voit ſur le ſuggeſtus, entouré de tous côtés de ſoldats & de portenſeignes ; quelques-uns ont le genou à terre, comme pour demander quelque choſe à l'Empereur.

V. J'ai parlé au cinquiéme tome de l'Antiquité des haches de pierre, dont ſe ſervoient anciennement pour la guerre pluſieurs nations barbares. La grande quantité qu'on en trouve en certains endroits de la Picardie, Pays des Morins, & dans la Germanie, fait juger que c'étoit une arme fort commune en ce Pays-là ; en voici une que j'ai acquiſe depuis peu au cabinet de cette Abbaye. Elle eſt noire, d'une pierre de touche des plus fines, ou l'or & l'argent marquent au plus leger attouchement ; elle eſt groſſe & fort peſante, même par rapport à la groſſeur du volume. Elle a près de ſept pouces de long, & deux bons pouces de large depuis le milieu juſqu'au trenchant. Le graveur la réduite en plus petite forme contre mon gré. Ces barbares ſe ſervoient de ces haches pour armes. Ils les fichoient dans des manches de corne de cerf. On en trouva un de cette matiere dans le tombeau trouvé auprès d'Evreux l'an 1685. dont nous avons fait la deſcription au tome 5. p. 195. d'après le récit que m'en fit M. de Cocherel, ſous les ordres duquel ſe fit cette découverte.

---

non reperitur : ſed loco illius ita legitur *Imperator VIII.* Et tamen alloquutio : Imperator in ſuggeſtu duobus aſſiſtentibus Prætoribus aut Tribunis, milites alloquitur, qui ante tribunal ſive ſuggeſtum ſtant, cum ſignis militaribus, manuſque tendunt ac ſi quidpiam ab Imperatore poſtulent. Nummus maximi moduli regius Valeriam Imperatoris in poſtica parte alloquutionem exhibet cum hac inſcriptione : ADLOCUTIO AUGUSTORUM. Valerianus filiuſque ejus Gallienus in tribunali ſtant cum alio tribuno. Milites cum ſignis militaribus infrà Imperatorum dictis attenti viſuntur. Nummus maximi moduli ad D. Mareſcallum d'Eſtrées pertinens, in altera parte Imperatoris protomen exhibet, qui galeato capite haſtam humero geſtat, alterumque humerum clipeo contegit ; in poſtica vero parte in ſuggeſtu ſedet, circumſtantibus militibus atque ſigniferis : aliqui porro genuflectunt quaſi aliquid ab Imperatore poſtulantes.

V. In quarto Antiquitatis explanatæ tomo de ſecuribus lapideis egi, queis in bello utebantur plurimæ nationes barbaræ : tantus vero illarum numerus qui ex ruderibus eruitur in certis *Picardiæ* ut vocant locis, quæ olim Morinorum regio erat, necnon in Germania, comprobat hoc genus armorum in iſtis regionibus vulgaris uſus fuiſſe. En ſecurem quam non ita pridem nactus ſum, & in hujus Cœnobii muſeum induxi. Eſt autem nigra exque Lydio lapide, quam aurum & argentum ſi vel leviter tetigerint, ſtatim veſtigiis auri & argenti inficiunt ; eſt autem ſpiſſa denſaque, ac mole gravis proportione magnitudinis ſuæ. Longitudine autem ſeptem pollices habet, & à medio pollices duos plenos. Sculptor autem me non conſulto atque invito illius imaginem in minorem redigit formam. Hujuſmodi ſecuribus barbari illi pro armis utebantur; capulos autem ipſis aptabant ex cervino cornu : cujuſmodi reperti ſunt capuli in ſepulcro prope Ebroïcas reperto anno 1685. cujus deſcriptionem edibus in quinto Antiquitatis explanatæ tomo p. 195. qualem dedideramus à D. de Cocherel, quo jubente accurante hæc effoſſa fuerunt.



CHAPITRE VI.

I. Porte-Enſeigne du Dragon, appellé Draconarius. *II. Irruption nocturne. III. Combat des Romains & des Sabins.*

I. Les Porte-Enſeignes étoient appellés draconaires, *Draconarii*, ſelon Vegece 2. 7. ce nom venoit des dragons enſeigne militaire des Romains introduit dans les bas temps. Les anciens auteurs de l'Hiſtoire Romaine ne mettent point le dragon entre leurs enſeignes militaires. *L'aigle*, dit Pline, 10. 4. étoit le premier ſigne militaire ; les autres étoient le loup, le minotaure, le cheval & le ſanglier. On les portoit à la tête des troupes. Peu d'années avant Caius Marius, on ne portoit que l'aigle dans les combats, & on laiſſoit les autres ſignes dans le camp. Caius Marius rejetta entierement les autres ſignes, & retint ſeulement l'aigle. Mais dans la ſuite des temps on les reprit, du moins quelques-uns. On trouve le loup parmi les enſeignes de la colomne Trajane : on prit auſſi le dragon, enſeigne des Parthes, comme on voit dans l'arc de Severe ; il l'étoit auſſi des Daces ; il paroît ſouvent dans la colomne Trajane. Il l'étoit encore des Germains, comme ſemblent le prouver les trophées de Marc-Aurele que nous donnerons plus bas, où parmi les dépouilles ſe voit l'enſeigne du dragon. C'eſt apparemment à l'imitation de ces peuples que les Romains mirent le dragon parmi leurs enſeignes, & le Porte-Enſeigne, comme nous avons dit, s'appelloit *Draconarius*. Voici le draconaire tel que M. le Brun le tira à Rome d'après un antique. Il eſt vêtu comme les autres Porte-Enſeignes. Le dragon qu'il porte au bout d'une pique reſſemble parfaitement à ceux que décrit Ammien Marcellin. Ce dragon, dit-il, étoit tiſſu de pourpre, il étoit lié au bout d'une pique dorée & ornée de pierreries. Il ouvroit une grande gueule, & le vent y entrant, il ſiffloit comme s'il eut été en colere, laiſſant ſa queuë à pluſieurs ſinuoſités flotter au gré des vents. On diroit que ce paſſage, que M. le Brun n'avoit pas certainement lû, étoit fait pour décrire ce dragon, qu'il a deſſiné ſi élégamment.

Pl. XV. II. Le bas relief que nous repréſentons enſuite, eſt dans le Palais Juſtiniani à

CAPUT VI.

I. Draconarius, ſive is qui draconis ſignum geſtat. II. Irruptio nocturna. III Pugna Romanorum & Sabinorum.

I. *Signiferi qui ſigna portant, quos nunc Draconarios vocant*, inquit Vegetius 2. 7. Hoc porro nomen ex dracone ortum erat, ſigno militari Romanorum poſterioris ævi. Hiſtoriæ Romanæ ſcriptores veteres, draconem inter ſigna Romanorum militaria non memorant. *Aquila*, inquit Plinius 10. 4. *erat & antea prima cum quatuor aliis, lupi, minotauri, equi, aprique ſingulos ordines anteibant. Paucis ante annis ſola in aciem portari cœpta erat : reliqua in caſtris relinquebantur. Marius ea in totum abdicavit.* Sed inſequentibus temporibus ſigna iſthæc rejecta, admiſſa denuo fuere, ſaltem aliqua. Lupus enim inter ſigna columnæ Trajanæ comparet. Draco item uſurpatus fuit, quod erat ſignum Parthorum, ut videre eſt in arcu Severi. Dacorum etiam inſigne erat, ſæpeque in columna Trajana in Dacorum exercitu comparet. Quin etiam Germanis quoque in uſu erat, id quod indicant Marci Aurelii tropæa quæ infrà proferentur : nam inter hoſtium ſpolia draconis ſignum cernitur. Ad illarum, ut videtur, nationum exemplum, Romani draconem inter ſigna ſua conſtituerunt, & ſignifer, uti diximus, draconarius vocabatur. En igitur draconarium qualem Brunius noſtras pictor celeberrimus Romæ ad fidem monumenti cujuſdam delineavit. Eodem autem cultu & veſtitu eſt quo alii ſigniferi. Draco autem ille quem geſtat prorſus ſimilis ei eſt, quem deſcribit Ammianus Marcellinus 16. 10. *Alios purpureis ſub tegminibus textos circumdedere dracones, haſtarum aureis gemmatiſque ſummitatibus illigati, hiatu vaſto perſtabiles, & ideo velut ira perciti ſibilantes, caudarumque volumina relinquentes in ventum.* Crederes hunc Ammiani locum, quem plane non legerat Brunius, huic deſcribendo draconi concinnatum fuiſſe, quem draconem elegantiſſime expreſſit Brunius.

II. Anaglyphum ſequens in ædibus Juſtinianæis


XIV. Pl. de Tom II
ALLOCUTIONS, HACHE, SIGNE MILITAIRE
1
2
3
M.r le Mar. d'Estrées
M.r de Boze
4
notre Cabinet
15
Tom. IV. 14

Rome. C'est une irruption nocturne de trois jeunes hommes nuds, tenant leur épée dégainée sur une troupe de gens qui dorment d'un profond sommeil; deux autres jeunes hommes à demi cachés derriere un grand voile, tiennent des flambeaux pour éclairer les aggresseurs. Un vieillard tombe à la renverse, apparemment des coups qu'il a reçus. Malgré ce vacarme, quatre femmes dorment tranquillement & d'un profond sommeil. Un jeune homme semble se cacher sous un piedestal, pour se mettre à couvert des coups. Une femme tient un flambeau qu'elle a tourné contre terre. Elle est assise auprès d'un Herme qui a une tête barbuë, & qui paroît être un Jupiter Terminus. Voilà une grande histoire, un fait des plus signalés: mais je ne sçai ce que ce peut être. Je n'oserois même par conjecture donner quelque explication d'une chose si singuliere.

III. Le combat donné entre les Romains & les Sabins, après l'enlevement des filles de ces derniers, n'est nulle part si bien représenté que dans un beau médaillon du Roi, & dont le revers est le portrait de l'Impératrice Faustine mere. L'histoire est si connuë, qu'il ne la faut rapporter que le plus succinctement qu'il se pourra. Rome bâtie par Romulus avoit eu de fort heureux commencemens, jusqu'à lui attirer la jalousie de ses voisins. Ce peuple Romain n'étoit qu'une troupe de gens ramassés, qui n'avoient point de femmes; il en falloit pour continuer la lignée. On recherche l'alliance des voisins, qui refusent leurs filles; tant ils craignoient que ce peuple formidable dès son origine, ne laissât une postérité qui les ruineroit un jour. Il fallut se servir de stratagême pour en avoir. On célébra des jeux en l'honneur de Neptune équestre, & on invita les voisins au spectacle. Ils y vinrent; les Sabins sur-tout s'y trouverent avec leurs femmes, leurs filles & leurs enfans. Le complot d'enlever leurs filles s'éxécute. Les Sabins indignés de l'affront, cherchent à se liguer à d'autres voisins: un temps se passe; en sorte que quand leurs troupes furent assemblées, il y avoit déja des enfans nés de ces mariages forcés, & les filles des Sabins avoient pris leurs maris en affection. Les Sabins commandés par leur Roi Tatius, surprennent la forteresse de Rome, depuis appellée Tarpeia. Il se donne un grand combat dans la Ville: les Romains plient d'abord: ils reviennent ensuite à la charge. Mais lorsqu'on alloit recommencer de plus belle, les filles des Sabins dont les Romains avoient déja eu des

---

Romæ visitur. Est irruptio nocturna trium juvenum nudorum, stricto gladio bene multos dormientes somnoque oppressos invadentium. Duo alii juvenes pene occultati pone velum magnum faces tenent ut invadentibus lucem subministrent. Senex supinus cadit percussus, ut videtur, & male acceptus. Nihil obstante tumultu tanto quatuor mulieres tranquille dormiunt, nec ullo modo expergiscere videntur. Juvenis quidam sub stylobate sese occultare conatur, ut irrumpentibus se subducat. Mulier facem tenet, quam versus terram inclinavit: sedet autem illa prope Hermam, qui barbatus videtur esse Jupiter terminus. En historiam singularem, tumultum insignem. Quidnam autem hîc repræsentetur, quis divinare possit? Ne conjectura quidem ausim rem tam insolitam & portenti similem explicare.

III. Pugna inter Romanos & Sabinos post abreptas horum puellas, nusquam ita accurate repræsentatur, ut in hoc egregio nummo regii musæi, qui Faustinam matrem in altera facie repræsentat. Historia autem isthæc vulgata est, ut nonnisi brevissime referre illam liceat. Roma ab Romulo condita fausta principia habuerat, ita ut etiam vicinis gentibus formidolosa esse cœperit. Populus autem ille Romanus ex turba hinc & inde convenientium virorum constitutus, non uxores habebat, quæ progeniem continuarent. A vicinis petuntur uxores; negant illi se filias daturos, tantum timoris incusserat ille populus ab ipsa origine formidandus, ne posteros relinqueret qui sibi exitio essent. Techna igitur ipsis utendum fuit, ut uxores nanciscerentur. Ludi in Neptuni equestris honorem celebrantur, ad spectaculum invitantur vicini. Accurrunt illi, maximeque omnium Sabini, cum uxoribus, filiis & filiabus; susceptum de filiabus Sabinorum abripiendis consilium impletur. Indignati Sabini, ulciscendi facinoris causa, cum vicinis populis societatem belli ineunt; non parum temporis ea in re insumitur; ita ut cum collectus exercitus fuit, jam ex connubiis hujusmodi proles esset orta, Sabinorumque filiæ jam erga viros suos amore connubiali essent affectæ. Sabini ergo ducente Tatio Rege suo, arcem quæ deinde Tarpeia dicta fuit, capiunt. Acris hinc pugna conseritur in ipsa urbe. Statim cessere Romani, exinde prælium redintegrant. Sabinorum filiæ ex quibus jam

enfans, vinrent se jetter au milieu des armées, tenant leurs enfans entre leurs bras, & firent tant par leurs prieres, que les deux partis se réünirent en un seul peuple. C'est ce qui est représenté dans ce médaillon des plus beaux & des plus singuliers qu'on ait encore vûs.

Romani prolem susceperant, inter medios exercitus cum infantibus se conferunt; atque precibus id impetrarunt, ut ambo populi in unam confluerent gentem. Hoc ipsum repræsentatum cernis in hoc nummo, qui inter præstantissimos & singularissimos numerandus est.




JRRUPTION SUR DES

Marbre

Medaille

ENS QUIDORMENT.

1



omain



u Roy



LIVRE TROISIE'ME.

Belier non-ſuſpendu, marques de victoires, largeſſe aux ſoldats.

CHAPITRE PREMIER.

I. Le belier des Anciens. II. Les différentes manieres pour faire aller cette machine, & battre en brêche. III. Diſſertation de M. le Chevalier de Follard ſur le belier non-ſuſpendu.

I. LE belier étoit la machine dont les Anciens ſe ſervoient le plus ordinairement pour battre en brêche. Elle étoit en uſage non-ſeulement chez les Grecs & chez les Romains, mais auſſi chez les peuples barbares; les Gaulois, les Daces s'en ſervoient & les Germains auſſi, ſi les trophées qu'on appelle de Marius, ont été érigés pour une victoire remportée ſur les Germains, comme quelques-uns le prétendent.

II. Les Carthaginois ſelon Vitruve l. 10. c. 19. furent les inventeurs de cette machine au ſiége de Cadis. Voulant détruire une forchereſſe qu'ils avoient priſe, & n'ayant ni les inſtrumens de fer, ni les machines néceſſaires pour cela, ils prirent une poutre, & à coups redoublés à force de bras, ils jetterent la fortereſſe à bas. Nous voyons dans la planche LXXX. du quatriéme tome de l'Antiquité les Daces ſe ſervir de même du belier pour battre en brêche une fortereſſe défenduë par les Romains : ils le pouſſent à force de bras, & n'ont rien qui les mette à couvert des coups des ennemis. La machine employée en cette maniere ne pouvoit pas faire grand effet; auſſi ne prirent-ils pas la fortereſſe.

LIBER TERTIUS.

Aries non ſuſpenſus, victoriæ ſigna, largitas militaris.

CAPUT PRIMUM.

I. Aries, veterum militaris machina. II. Modi varii hujus admovendæ machinæ ad muros dejiciendos. III. Diſſertatio D. Equitis de Follard circa arietem non ſuſpenſum.

I. ARies machina erat, qua ut plurimum veteres utebantur ad urbium turriumque muros dejiciendos. Non à Græcis modo atque à Romanis adhibebatur; ſed etiam à Barbaris, à Gallis, à Dacis; imo etiam à Germanis, ſi quidem tropæa illa quæ Marii vocantur, pro victoria de Germanis reportata, erecta fuerint, ut aliquorum fert opinio.

II. *Carthaginenſes*, inquit Vitruvius l. 10. c. 19. *ad Gades oppugnandas caſtra poſuerunt : cum autem caſtellum cepiſſent, id demoliri ſunt conati. Poſteaquam non habuerunt ad demolitionem ferramenta, ſumſerunt tignum, idque manibus ſuſtinentes, capiteque ejus ſummum murum continenter pulſantes, ſummos lapidum ordines dejiciebant, & ita gradatim ex ordine totam communitionem diſſipaverunt.* In tabula LXXX. quarti Antiquitatis explanatæ tomi Dacos videmus ariete muros arcis cujuſdam Romanorum eodem modo impetentes. Arietem illi manibus ſuſtinent & impellunt, nulloque munimento obtecti, Romanorum telis patent. Illo modo adhibita machina non quid magni præſtare poterat : indeque evenit ut illi re infecta diſcederent.

Une autre maniere d'uſer de cette batterie, étoit de ſuſpendre le belier avec des cordes, & de le faire aller par une eſpece de balancement. Il étoit bien plus aiſé de s'en ſervir ainſi, & il ne faut pas de grandes forces mouvantes pour faire aller un belier ſuſpendu. C'eſt ainſi qu'alloit ſelon Joſeph 3. 7. le belier dreſſé par les Romains contre les murs de Jeruſalem. Il faut qu'ils ayent changé depuis ce temps cette maniere de faire aller le belier. Nous voyons deux fois dans l'arc de Severe le belier à couvert de tous les coups des ennemis, hors la tête du belier qui ſort en-dehors ; mais il eſt placé dans un lieu ſi bas, qu'il eſt impoſſible qu'il ſoit ſuſpendu : il faut néceſſairement qu'il y ait d'autres reſſorts qui le pouſſent. La difficulté eſt de ſçavoir de quelle machine ils ſe ſervoient pour donner le mouvement au belier renfermé dans un lieu ſi bas, & le faire aller avec aſſez de violence pour abattre à coups redoublés des tours & des murailles de villes.

M. le Chevalier de Follard, qu'une longue expérience toûjours accompagnée de réfléxion, a rendu un des plus habiles Officiers de l'Europe, a enfin trouvé les forces mouvantes qui faiſoient aller ce belier reſſerré dans de ſi étroites bornes. Trente-ſix ans de ſervice joints à une étude continuelle de l'Art militaires, tant des anciens que des modernes, lui ont procuré des connoiſſances ſi ſûres de cet art, que de l'aveu de pluſieurs Officiers Généraux, peu de gens l'égalent en ce point. Voici ce qu'il penſe touchant le belier non ſuſpendu, dont il nous a donné la figure après l'avoir éxécutée en bois.

Alio item modo aries adhibebatur, funibus nempe ligatus atque ſuſpenſus, ſic levi conatu admovebatur : neque enim quantacumque gravis eſſet ſuſpenſa moles arietis, ipſam movere difficile erat. Sic ſecundum Joſephum 3. 7. aries contra muros Jeroſolymorum admovebatur. Hunc vero arietem admovendi modum poſtea haud dubie immutarunt. Bis enim in arcu Severi videmus arietem ita tectum undique, ut hoſtium telis, excepta illa anteriore parte, cui caput arietis ferreum aut æreum hærebat, nullo modo pateat ; ſed in tam demiſſo loco poſitus, ut ſuſpenſus eſſe omnino non poſſit. In hoc autem difficultas verſatur qua machina qua arte uterentur, ut arietem in loco tam humili poſitum moverent, & cum tanta violentia impellerent, ut repetitis ictibus muros turreſque dejiceret.

D. Eques de Follard, qui ex diuturna & cum meditatione conjuncta experientia, inter peritiſſimos qui per Europam exſtant Tribunos, numeratur, tandem qua arte veteres arietem in tam anguſtis limitibus circumſcriptum impellerent, adinvenit. Militiam per triginta quinque annos inter duces profeſſus, & à rei militaris cum veteris tum hodiernæ ſtudio nunquam deſiſtens, utriuſque notitiam tam accurate eſt aſſequutus, ut fatentibus paſſim ducibus atque tribunis, pauci non exſtent pari inſtructi ſcientia. En qua ratione ille differat de ariete non ſuſpenſo, cujus nobis ſchema delineatum obtulit, poſtquam in lignea machina expreſſiſſet.



» OBSERVATIONS

» Sur le belier non suspendu des Anciens, & ses forces mouvantes.

POur peu que l'on éxamine avec attention le belier à tortuë qu'on voit « dans les marbres & dans les monumens qui nous restent de l'antiquité, « on aura de la peine à se persuader que cette machine fut suspenduë. Il y a un « grand nombre d'Auteurs qui parlent de la tortuë au-dedans de laquelle il y « avoit un belier, entr'autres Polybe & Procope en différens endroits de leur hist- « toire ; ils s'attachent principalement à la description de la tortuë, & nous en « donnent la construction & passent legérement sur le belier ; de sorte qu'ils « nous laissent dans un entiere ignorance des forces mouvantes de cette ma- « chine. On diroit qu'ils se sont tous donné le mot pour nous en cacher le « mystere, & nous ignorons encore aujourd'hui si ce belier étoit suspendu ou « non dans ces tortuës. « PL. XVI.

Vegece prétend que la tortuë a pris son nom du belier dont la tête sort « de cette machine, & y rentre ensuite, comme la tête de la tortuë sort « de son écaille, & s'y renferme après ; cela peut être, quoique ce terme signi- « fie tout ce qui sert à couvrir les travailleurs indépendemment du belier ; car « on se servoit de la tortuë à bien d'autres usages que celui du belier. Ce qui se « voit dans César au siége de Marseille, & à une infinité d'autres qui n'étoient « pas moins mémorables pour la grandeur des travaux. Il paroît pourtant que « le même Vegece distingue la tortuë à faux de celle où l'on mettoit un belier « de batterie. Dans la premiere il y avoit une poutre suspenduë qu'on balan- « çoit en avant, au bout de laquelle étoit une maniere de faux ou de fer cour- « bé en grapin, avec lequel on tâchoit d'arracher & de tirer à bas les pierres « de la muraille que le belier avoit ébranlées. Mais lorsque cet Auteur parle du « belier à batterie, il ne nous dit pas qu'il fut suspendu : deux ou trois lignes « de plus suffisoient pour nous mettre au fait de ce belier & de ses forces mou- « vantes ; c'est ce qu'un bon abbréviateur ne néglige jamais de faire. «

OBSERVATIONES

In arietem veterum, & in vim ipsum moventem.

» SI quis arietem in testudine conclusum, quem » in monimentis conspicimus diligenter intento- » que animo consideraverit ; vix sibi persuadere po- » terit hujusmodi machinam fuisse suspensam. Multi » scriptores testudinem commemorant, in qua con- » clusus aries esset ; interque alios Polybius, Proco- » piusque in variis historiæ suæ locis ; ii præcipuam » operam in describenda testudine ponunt, ejusque » structuram perquirunt, deque ariete raptim verba » faciunt ; ita ut de vi atque artificio queis pelleretur » aries, prorsus nihil doceant : atque mutuo egisse » consilio videntur, ut arcanum hujusmodi occulta- » rent ; usque adeo ut nesciamus an intra testudinem » suspensus aries esset, necne. «

» *Testudo autem*, inquit Vegetius 4. 14. *a similitu- » dine veræ testudinis vocabulum sumsit, quia sicut illa » modo reducit, modo profert caput; ita machinamentum » interdum reducit trabem, interdum exerit ut fortius cæ- dat.* Illud ita accidere potuit, etiamsi testudo illud « omne significet, quo operæ dum laborant, conte- « guntur ; nullo etiam præsente ariete. Testudo nam- « que multis aliis deputabatur usibus, etiamsi aries « nullus adhiberetur, id quod animadvertere est apud « Cæsarem in obsidione Massiliæ de bello Gall. 5. 2. « & in multis aliis obsidionibus quæ apparatûs mag- « nitudine minores non erant. Attamen videtur idem « Vegetius falcatam testudinem distinguere ab ea in « qua aries locabatur ad succutiendos muros. In prio- « re namque trabes erat suspensa, quam ita suspen- « sam facile admovebant, quadam ceu falce sive in- « curvo ferro munitam, qua lapides ab ariete concus- sos in terram decutere conabantur. At cum idem « scriptor de ariete loquitur, qui ad muros impe- « tendos & concutiendos deputabatur, nusquam di- « cit eum fuisse suspensum. Si paucos ille addidisset « versus, poterat nullo negotio docere qua vi, qui- « bus machinis aries ille moveretur ; illud vero, ne « epitomes quidem scriptores, si munere suo accu- « rate fungi velint, indicare negligunt. «

„ Perſonne n'ignoroit du temps de Polybe, de Procope & de Vegece ce que
„ c'étoit que la tortuë, la conſtruction de cette machine & ſes différens uſages
„ dans les ſiéges; mais d'où vient encore une fois qu'on ne parle que de la tor-
„ tuë, & qu'on laiſſe-là le belier qui en fait le principal? Je ne puis croire qu'il
„ fut ſuſpendu; car pour le ſuſpendre il eut fallu élever le comble de la tortuë
„ à une hauteur prodigieuſe; cela ſe comprend aſſez. On ne pouvoit approcher
„ & battre le mur qu'à une certaine diſtance, pour que le belier eut plus de
„ coup & de force dans ſon balancement, & il falloit non ſeulement que cet eſ-
„ pace ſe prit, ſelon la longueur de cette terrible machine (comme l'appelle
„ Joſephe) qui devoit être au moins de quarante pieds de long & d'une groſſeur
„ proportionnée; mais encore que le cable au bout duquel elle étoit attachée
„ & ſuſpenduë en équilibre, fut d'une certaine longueur; car tout l'effet & la
„ force en dépendoient; ce qui obligeoit à élever extraordinairement le comble
„ de la tortuë, où l'autre bout du cable qui ſoutenoit le belier étoit attaché; car
„ la force & la violence du choc étoient plus ou moins grandes ſelon la longueur
„ de ce cable & l'étenduë de ſes vibrations.

„ Juſte-Lipſe qui a écrit du belier ſur les divers textes des Auteurs, ne me
„ ſatisfait pas à l'égard du belier non ſuſpendu: mais puiſqu'il s'eſt hazardé de
„ nous donner ſes imaginations ſur les machines de guerre des Anciens, où il
„ n'y a ni ſens ni invention, rien ne l'empêchoit d'en faire de même ſur le be-
„ lier non ſuſpendu; peut-être qu'il auroit été plus heureux que dans le reſte.

„ Vitruve parle d'une eſpece de belier qu'on appelloit *terebra* ou tarriere dont
„ M. Perrault Commentateur auſſi imaginatif & auſſi peu heureux que Lipſe, a
„ donné la figure. Il a inventé de certains rouleaux par le moyen deſquels il
„ croit pouvoir faire agir ſon belier, ſelon l'idée de l'Auteur dont il eſt l'inter-
„ prête.

„ Si Perrault eut eu l'eſprit plus inventif, il nous eut un peu mieux expliqué
„ ce qu'il penſoit des forces mouvantes de cette machine dont le ténébreux Vi-
„ truve fait mention. Le Commentateur devoit ſe dévélopper un peu plus qu'il
„ n'a fait, & nous donner l'arrangement de ces rouleaux, & comment il les
„ diſpoſoit dans ſon imagination pour faire agir, couler & actionner ſa poutre
„ en avant & en arriere: mais il ne nous donne aucune idée préciſe du jeu de ſa

---

Ignorabat nemo tempore Polybii, Procopii ac Vegetii quid eſſet teſtudo, quæ ejus conſtructio, qui eſſent ejus varii uſus in obſidionibus. Sed quid cauſæ eſt, ut iterum conquerar, quod teſtudo ſolum commemoretur ac deſcribatur, de ariete autem quæ præcipua erat machina, nihil fere dicatur? Ut ut eſt, nunquam crediderim arietem fuiſſe ſuſpenſum; nam ut ſuſpenderetur aries, immenſæ altitudinis paranda teſtudo erat. Id ut facile intelligas, non poterat murus impeti ac concuti, niſi aliquo interjecto ſpatio, ut ſuſpenſus aries validius infligeret ac concuteret, non modo ſecundum terribilis illius machinæ (ita nempe vocat Joſephus) longitudinem, quæ quadraginta ſaltem pedum eſſe debebat, cum craſſitie competenti, ſed etiam ſecundum longitudinem funis cui ipſa machina alligabatur, ut ex ſublimi penderet & libraretur: nam ex hujuſmodi longitudine tota vis concuſſionis oriebatur; inde autem teſtudinis culmen ingentis ſublimitatis eſſet oportebat, ubi extremitas alia funis arietem ſuſtinentis alligata erat. Nam ictus violentia aut major aut minor erat, quo longioribus aut brevioribus funibus alligabatur.

Juſtus Lipſius qui ex ſcriptorum dictis arietis deſcriptionem conciliavit Poliorc. l. 2. dial. 3. non majorem mihi notitiam parit, nec difficultatem tollit circa non ſuſpenſum arietem. At cum pro lubito ſuo multa commentus ſit circa veterum machinas, ubi nec rectum judicium, nec inventionis veſtigia ulla comparent: quid prohibuit quominus de ariete etiam non ſuſpenſo aliquid proferret? Id vero forte felicius quam cætera tentaviſſet. «

Vitruvius l. 10. cap. 19. aliquod arietis genus commemorat, quod terebram appellat; cujus Perraltius, haud felicior interpres quam Lipſius, figuram commentus eſt. Palangas ille quaſdam adinvenit, quarum ope ſe poſſe putat arieti motum præſtare ſecundum mentem ſcriptoris, cujus ipſe ſe interpretem præbet. «

Si Perraltius feliciori ad inventionem genio præditus fuiſſet, melius haud dubie extuliſſet quid in mente haberet circa vires machinæ iſtius quam commemorat Vitruvius, perplexus ſane ſcriptor. Interpres ejus rem minutatim explicare debuit, & palangarum ordinem deſcribere, quo pacto nempe illas in mente ſua diſponeret, ut trabem hujuſmodi tra-

machine. Il y met un moulinet qui gâte tout, & qui ne peut être d'aucun usage, comme nous allons voir. "

Si ces rouleaux ou ces cilindres dont il parle ont assez de force & de violence pour faire agir sa poutre, la pousser en avant, & la faire retourner en arriere par le moyen des hommes qu'il met au-dessous de l'auge, il me semble qu'il n'a pas besoin d'un moulinet pour la faire rentrer dans son canal en tournant le moulinet; & s'il en faut un pour la faire rentrer, il en eut fallu nécessairement un autre à l'extrémité du même canal pour la faire avancer. S'il falloit tant de forces mouvantes, & des hommes encore pour aider au moulinet, il faut qu'on m'avouë que le mouvement de la poutre devoit être aussi lent que la tortuë, & que par conséquent elle n'avoit aucune force, bien loin de faire l'effet qu'il prétend: pour moi je suis persuadé qu'il ignoroit la disposition de ses rouleaux; voilà sa tarriere en mauvaise posture. La fausseté m'en paroît évidente. "

Le faux bien reconnu produit la recherche, & la recherche l'invention. L'on doit souvent la découverte d'une chose à la fausseté reconnuë d'une autre, c'est ce que j'ai plusieurs fois expérimenté dans la recherche des machines des Anciens. Je dois la découverte des forces mouvantes du belier non suspendu à la tarriere de M. Perrault. Il ne dit pas comment il dispose ses rouleaux; il n'a garde de nous l'apprendre, puisque la maniere de les disposer lui étoit inconnuë; car pour faire aller la machine, il falloit que les rouleaux se continssent toûjours paralleles, ce qui est impossible, s'ils ne sont attachés par leurs centres près à près les uns des autres, & sans se toucher pour éviter le frottement; j'en ai vû en Hollande joints les uns près les autres par des boulons arrêtés entre deux poutres, ou un canal qui leur servoit comme de chape; c'étoient comme plusieurs poulies à deux pouces les unes des autres: mais comme les cilindres ne couloient point sur une surface plane, le fardeau qui étoit appuyé dessus, causoit un frottement considérable. Les cilindres de M. d'Hermand n'étoient pas sujets à ce défaut; je m'en suis servi en y changeant fort peu de chose à l'égard de la chape. Je n'entre pas dans la démonstration des forces mouvantes de mon belier, cela me meneroit trop loin. "

Je ne répons pas au reste que mon belier non suspendu soit celui des An- "

» heret, pelleret ante, retroque duceret. Verum ille nihil menti nostræ offert quo machinæ suæ motum volubilitatemque patefaciat. Suculam comminiscitur, quæ omnia pessumdat, quæque nullius potest usus esse, ut mox videbimus.


» Si palangæ quas ille in medium affert, cum tanta violentia trabem agere, posteaque reducere possunt opitulantibus viris quos sub alveo locat; videtur sane sucula non opus esse, ut trabes in alveum suum reducatur; & si, ut reducatur in alveum, sucula opus est, altera certe sucula in alia extremitate ejusdem alvei opus fuerit, ut trabes inducatur & pellatur; ac si talibus adjumentis opus sit, unaque viris qui suculam vertant, fateatur ille necesse est, trabis motum testudinis tarditatem æquare; sicque nihil illam perficere posse, nedum valeat quassare muros. Videtur utique ipse Perraltius palangarum suarum ordinem functionemque non novisse; & jam illa terebra nutat, ac pessum ire videtur, planumque est falso adscriptam ipsi fuisse talem functionem.


» Sic repudiata inerte machina, novam perquisitionem aggredimur, ex qua, ut spero, inventio orietur. Sic sæpe accidit ut falsa frustraque tentata notitia ad veram notitiam viam paret; id quod sæpe, dum veterum machinæ disquirerentur, expertus sum. Ex prolata Perraltii terebra ad verum arietis usum, ad vires ipsum moventes perveni. Non dixit ipse Perraltius qua arte palanges suas, sive cylindros disponat, neque mirum, cum id ille prorsus ignoraret. Ut enim recte machina procederet, necesse erat ut palangæ semper παράλληλοι essent, id quod omnino fieri nequit, nisi à centro jungantur; ita ut nonnihil inter eas interstitii maneat, ne sese mutuo tangant & perfricent. Vidi ego in Batavia palangas junctas per cardines turbinarios in canali qui operculi loco erat. Erant autem ceu trochleæ, quæ duobus pollicibus altera ab altera distabant; sed quia hujuscemodi cylindri in plana superficie non volvebantur, moles superposita allisionem non modicam inferebat. Cylindri porro D. Hermantii non id vitii præ se ferebant: illis igitur usus sum modica invecta in iis quæ machinam operiunt mutatione. Circa vires autem machinam moventes demonstrationem non instituam, ne longius excurrat oratio. «

Neque tamen affirmare velim talem fuisse vete- «

L'autre fragment exprime quelques choses de la continuation de l'Iliade, qu'Homere n'a poussée que jusqu'aux funérailles d'Hector, & que d'autres Auteurs ont continuée en rapportant l'arrivée de Pentesilée l'Amazone à Troye, son combat contre Achille qui la tue, l'arrivée de Memnon qui fut aussi tué par Achille, la mort d'Achille tué à la porte Scée. De l'autre côté il est parlé de Priam, d'Agenor, & des autres qui furent tués au sac de Troye.

II. Au revers de ce fragment est la généalogie de Cadmus, qui se peut ainsi rétablir presque à coup sûr, en ajoûtant quelques lettres.

ΚΑΔΜΟΣ ΕΞ ΑΡΜΟΝΙΑΣ ΟΓΓΑΤΡΟΣ ΑΡΕΟΣ ΚΑΙ ΑΦΡΟΔΙΤΗΣ ΓΕΝΝΑ ΚΟΡΑΣ ΔΕ ΙΝΩ ΑΓΑΤΗΝ ΑΥΤΟΝΟΗΝ ΣΕΜΕΛΗΝ ΥΙΟΝ ΔΕ ΠΟΛΥΔΩΡΟΝ. ΑΡΙΣΤΑΙΟΥ ΔΕ ΚΑΙ ΑΥΤΟΝΟΗΣ ΑΚΓΑΙΩΝ ΑΘΑΜΑΝΤ... ΚΑΙ ΙΝΟΥΣ ΛΕΑΡΚΟΣ ΚΑΙ ΜΕΛΙΚΕΡΤΗΣ ΕΧΕΙΟΝΟΣ ΔΕ ΣΠΑΡΤΟΥ ΚΑΙ ΑΓΑΤΗΣ ΓΕΝΝΑΓΑΙ ΠΕΝ...ΕΥΣ ΣΕΜΕΛΗ ΠΛΗΣΙΑΣΑΣ ΚΑΙ ΚΕΡΑΥΝΩΣΑΣ ΑΥΤΗΝ ΑΝΕΛΟΜΕΝΟΣ ΤΟΝ ΔΙΟΝΥΣΟΝ ΚΑΙ ΕΝΡΑΨΑΣ ... ΤΟΝ ΜΗΡΟΝ ΥΣΤΕΡΟΝ ΔΙΔΩΣΙΝ ΙΝΩ ΤΡΕΦΕΙΝ ΗΡΑΣΑΡΓΕΙΑΣ ΙΕΡΕΙΑ ΕΥΠΥ . . . c'est-à-dire, *Cadmus eut d'Harmonie fille de Mars & de Venus quatre filles*, *Ino*, *Agavé*, *Autonoé*, *Semelé*, *& un fils nommé Polydore. Aristée & Autonoé eurent pour fils Acteon. Athamas & Ino eurent Learque & Melicerte. Echion. . . . & Agavé*, *Penthee Jupiter ayant approché de Semelé & l'ayant foudroyée*, *tira d'elle Dionysius ou Bacchus*, *& le cousit dans sa cuisse*, *d'où il le tira après pour le donner à nourrir à Ino. Eupy. . . . Prêtresse de Junon l'Argienne.*

Cette Généalogie de Cadmus est conforme à ce qu'en dit Apollodore.

---

in linea, eamdem litteram reperias, si à læva ad dexteram legas: exempli causa sexdecies litteram O sic repetitam habes, & quindecies literam Σ, & sic semper minuuntur numeri, dum versus angulum pergitur. Hi sunt ludi quorum inventio recreationis tantum materiam præbet. Veteres hæc aliquando suscepere, in modio ævo similia deprehenduntur, ætate nostra ludi hujuscemodi ut pueriles habentur.

Aliud fragmentum quædam ad seriem Iliados pertinentia exprimit, quam Homerus ad usque Hectoris tantùm funus produxit, quamque alii postea scriptores continuaverunt, narraveruntque Pentesileas Amazonis adventum Trojam, ejus cum Achille pugnam qui ipsam interfecit. Adventum quoque Memnonis Trojam, qui & ipse ab Achille occiditur. Mors Achillis ad portam Scæam occisi. In alio latere de Priamo agitur, de Agenore, deque aliis qui in excidio Trojano interfecti sunt.

II. In aversa hujus fragmenti facie est Cadmi genealogia quæ sic potest restitui, ac pene sine errandi periculo, aliquot additis litteris.

Κάδμος ἐξ Ἁρμονίας θυγατρὸς Ἄρεως καὶ Ἀφροδίτης, γεννᾷ κόρας δ᾽ Ἰνώ, Ἀγαύην, Αὐτονόην, Σεμέλην, υἱὸν δὲ Πολύδωρον. Ἀρισταίου δὲ καὶ Αὐτονόης Ἀκταίων, Ἀθάμαντος δὲ καὶ Ἰνοῦς Λέαρχος καὶ Μελικέρτης, Ἐχίονος δὲ Σπαρτοῦ καὶ Ἀγαύης γεννᾶται Πενθεύς. Ζεὺς Σεμέλῃ πλησιάσας καὶ κεραυνώσας αὐτὴν, ἀνελόμενος τὸν Διόνυσον, καὶ ἐγράψας εἰς τὸν μῆρον, ὕστερον, δίδωσιν Ἰνὼ τρέφειν Ἥρας Ἀργείας Ἱέρεια εὐπυ . . . Sensus est *Cadmus ex Harmonia Martis & Veneris filia, quatuor gignit filias, Ino, Agaven, Autonoen & Semelem, filium autem Polydorum; Aristai & Autonoes filius Actæon fuit; Athamantis & Inûs Learchus & Melicertes. Echionis autem Sparti & Agaves filius Penteus fuit. Jupiter cum ad Semelen accedens, illam fulmine tetigisset & occidisset, Dionysium seu Bacchum suscepit, & cum intra femur suum consuisset ipsum, dedit postea educandum Ino, Junonis Argivæ sacerdotissæ Eupy.* Hæc Cadmi genealogia consonat cum Apollodoro libro 2.



CHAPITRE VIII.

Monumens & marques de victoires tirées de l'Eglise de Flavigny.

Pl. XXXIX. LEs deux planches suivantes représentent des monumens qui se voient dans l'Eglise du Monastére de St. Pierre de Flavigny, sur trois piliers qui soutiennent l'arcade de la voute du Sanctuaire, deslinés par D. Pierre Thivel Religieux de notre Congrégation, qui s'en est acquitté avec tout le soin possible. Ce sont des marques de victoires fort singulieres, & où l'on observe bien des choses uniques. La premiere planche montre d'abord un quarré long où étoit une Inscription, si défigurée aujourd'hui, qu'on n'en peut plus rien tirer. C'est grand dommage; car nous aurions appris quelle victoire on a voulu célébrer dans ce monument. A droite & à gauche de l'Inscription dans deux quarrés semblables, on voit deux boucliers fort extraordinaires. Ils ont la figure de losanges; en sorte qu'en-haut & en bas au lieu de pointes il y a des demi cercles en creux. Au milieu du bouclier s'éleve en bosse un demi globe; au-haut & au-bas du globe est la pointe d'un quarré solide. Au-dessous du bouclier qui est à la gauche de l'Inscription, on lit AVC. SAC. Il y a grande apparence qu'au lieu d'AVC il faut lire AVG: le C & le G se confondent aisément dans les inscriptions: s'il faut substituer un G en la place du C, il faudra lire *Augusto Sacrum.* Ce seroit donc un monument consacré à Auguste, ou à l'Empereur de ce temps-là après quelque victoire signalée. Les figures sont d'une femme & d'un homme placés chacun dans un quarré semblable aux précédens. La femme tient le pied sur un globe, a les bras étendus & tient de la main gauche un feston. Elle a la poitrine nuë, & elle porte une bande en écharpe. L'homme revêtu d'une tunique ceinte & relevée au milieu, tient de la main droite une torche ardente. Sa gauche est couverte par un degré qui conduit à la haute Eglise & au dortoir des Religieux. Il n'est pas bien sur si cette figure est d'un homme ou d'une femme.

Pl. XL. Les six figures de la planche suivante sont dans des quarrés longs de même, ornés chacun d'une corniche. La premiere est une femme qui tient de la main

---

CAPUT VIII.


Monumenta & victoriæ symbola ex Ecclesia Flaviniacensi educta.

DUæ tabulæ sequentes monumenta exhibent, quæ visuntur in Ecclesia monasterii S. Petri Flaviniacensis, in tribus videlicet pilis quæ arcum fornicis Sanctuarii sustentant. Hæc porro delineata sunt à D. Petro Thivel Congregationis nostræ Monacho Benedictino, qui ut hæc accurate repræsentaret nullam non curam adhibuit. Sunt autem victoriæ signa & symbola admodum singularia, ubi multa observantur nova. Prima tabula statim exhibet in quadrato & oblongo spatio inscriptionem hodie sic deformatam, ut frustra quid expiscari coneris. Hinc magnum monumento detrimentum accessit: ubi namque didicissemus quam victoriam hic celebrare voluerint. Ad dexteram atque ad sinistram inscriptionis, in quadratis & oblongis limitibus duo clypei sunt, formæ singularissimæ & nusquam observatæ. Rhombum ii pene referunt, ita ut in summa & ima parte pro angulis ora in semicirculos excavetur. In medio clypeo prominet semiglobus, in summo & imo globo aculeus est quadratus atque solidus. Sub clypeo à sinistris posito legitur A V C. S A C. Verisimile prorsus est pro A V C. legendum esse AVG. nam in monumentis veterum C. & G. sæpe confunduntur & indiscriminatim ponuntur, id quod sæpe experimento comprobavimus; si substituendum sit G. pro C. legendum erit *Augusto sacrum,* Esset ergo monumentum consecratum Augusto, sive istius ævi Imperatori post insignem quamdam reportatam victoriam: Schemata sunt mulieris atque viri, qui singuli in quadrato præcedentibus simili stant. Mulier globum pede uno premit, brachia extendit, & læva sertum tenet, pectore autem nuda transversam fasciam habet. Vir autem indutus tunica cingulo constricta in medio, dextera facem ardentem tenet: læva autem ejus operta est à scala qua ascenditur in superiorem Ecclesiam & in dormitorium Monachorum. Neque tamen omnino planum est sitne viri an mulieris statua.

Sex figuræ tabulæ sequentis in quadratis similibus repræsentantur, ita ut hinc palam sit hæc omnia ex uno eodemque monumento excerpta fuisse: quadrata autem illa singula coronide exornantur. Prima est

MARQUES DE VICTOIRE





Trouvé à [illegible]

droite une pique, & qui porte la gauche ſur le flanc. La ſuivante ſe tient dans un vaiſſeau ou dans une barque, ce qui pourroit faire croire qu'on célébre ici une victoire navale, ou peut-être une victoire de terre & de mer enſemble. Elle tient la main ſur un inſtrument qui s'éleve ſur la poupe. La troiſiéme figure eſt une victoire aîlée qui tient un pied ſur un globe. Elle a la forme ordinaire des victoires, & elle tient d'une main une couronne, & de l'autre une palme. La premiere figure de deſſous eſt un ſoldat tout nud le caſque en tête. Il tient d'une main un bouclier, & de l'autre un dard. Il paroît tout prêt à combattre; dans le tableau ſuivant, un homme le caſque en tête orné d'un panache, ſe tient dans un vaiſſeau; ce qui ſembleroit confirmer que ce ſont des monumens d'une victoire navale. Il tient la main ſur un inſtrument qui s'éleve ſur la poupe. La proüe du navire eſt ſurhauſſée d'une fleur de lis bien formée. Cet homme tient ſur la main gauche élevée une eſpece de globe, marqué de certaines figures qu'on ne ſçauroit diſtinguer. La derniere figure eſt d'une femme qui tient un pied ſur un globe, elle porte d'une main une pique fort courte ou un dard, & de l'autre une couronne apparemment de laurier.

---

mulier dextera haſtam tenens, ſiniſtram vero in latus immittens. Sequens in navi vel in ſcapha ſtat; unde fortaſſe credi poſſit hîc celebrari navalem victoriam, aut fortaſſe victoriam ſimul terreſtrem atque navalem: manum illa immittit in inſtrumentum quodpiam ex puppi emergens. Tertia eſt victoria alata quæ pedem in globum immittit. Ea forma eſt qua ſolent victoriæ depingi, atque altera manu coronam, altera vero palmam tenet. Prima figura quæ in ſecundo & inferiori ordine viſitur, militem nudum exhibet, caſſide munitum, qui altera manu clypeum tenet, altera ſpiculum & ad pugnam promtus paratuſque inſtruitur. Imago ſequens virum exhibet geleatum, cujus galea criſtam emittit: hic quoque ſtat in navi, unde fortaſſe confirmatur id quod ſupra diximus, nempe hæc eſſe victoriæ navalis monumenta: manum & ipſe immittit in quoddam inſtrumentum ex puppi quaſi emergens. In prora autem navis lilii flos viſitur: porro ille manu ſiniſtra quam erigit, globum aut quid ſimile tenet, aliquibus notatum figuris ſeu lineamentis quæ diſtingui nequeunt. Poſtrema figura eſt mulieris globum pede prementis, quæ altera manu haſtam ſeu ſpiculum tenet, altera vero coronam, & quidem lauream, ut credere eſt.





LIVRE. CINQUIE'ME.

Pontes, Aqueducs, Colomnes milliaires.



CHAPITRE PREMIER.

I. Le Pont d'Ambrois sur l'ancien chemin Romain. II. Le Pont Ælius de Rome tiré d'un médaillon. III. Le Pont d'Antioche sur le Meandre sur deux médaillons.

Pl. XLI. I. LE pont d'Ambrois est au lieu nommé anciennement *Ambrussum*, qui faisoit une mansion entre Sestantio lieu près de Montpellier & Nimes. Cette mansion se trouve en la même situation dans l'itineraire d'Antonin, & dans la premiere table de Peutinger. C'étoit sans doute le pont du grand chemin établi par les Romains; mais ce grand chemin ayant été abandonné du côté de ce pont, depuis qu'on passe au pont de Lunel, demi lieuë plus bas, on a négligé ce premier pont; deux arches sont tombées, en sorte que de cinq il n'en reste plus que trois, qui ont d'ouverture environ trente pied ou cinq toises. La riviere qui y passe est le Vidourle, dont les eaux sont fort basses en Eté; mais elles s'enflent beaucoup en Hyver. Il est à remarquer que les piles n'ont d'éperon que du côté d'où l'eau vient & se fend pour passer sous le pont; de l'autre côté, le mur est tout droit sans aucune avance. Voici un Mémoire que m'a envoyé Mr. le Marquis d'Aubaïs Seigneur du voisinage, recommandable par son amour pour la littérature, & par le beau cabinet de livres

---

LIBER QUINTUS.

Pontes, Aquæductus, Columnæ milliares.

CAPUT PRIMUM.

I. Pons Ambrussi in veteri via Romana. II. Pons Ælius Romæ ex nummo eductus. III. Pons Antiochiæ ad Mæandrum ex duobus nummis.

I. POns ille qui hodie *d'Ambrois* dicitur, in loco est qui olim Ambrussum appellabatur, eratque mansio in via inter Sestantionem & Nemausum. Hæc porro mansio eodem situ reperitur in itinerario Antonini, & in prima tabula Peutingeriana. Eratque haud dubie pons magnæ illius viæ à Romanis constitutæ. Sed cum via isthæc, quod ad illam partem spectat in qua pons occurrit, deserta mutataque fuerit, à tempore videlicet illo quo per pontem Lunelli pergitur, qui pons duobus hinc milliaribus situs est; pons ille alius Ambrussi in superiore alveo structus, exinde neglectus fuit, ita ut duo arcus ceciderint, ex quinque igitur tres tantum supersunt, qui ab altera ad alteram pilam triginta circiter pedes regios habent. Fluvius est Virturlus, cujus aquæ æstivo tempore pene deficiunt; sed hieme magna copia exundant. Observandum porro est pilas rostrum habere tantum, qua parte adventantem fluminis alveum respiciunt, ut aqua facilius dividatur & sub arcubus fluminis transeat; ex altera vero parte murus ad perpendiculum rectus est. Unde descriptionem ejus brevem quam ad me misit D. Marchio de Aubais, qui in locis huic ponti vicinis sedes habet & dominia atque prædia sua, qui sane vir omnino spectabilis est à litterarum studio & à museo Bibliothecaque sua libris

& de

MARQUES DE VICTOIRE TROUVÉES A FLAVIGNI

& de manuſcrits ; non content de m'avoir fait deſſiner le pont avec toute l'éxactitude poſſible, il m'a envoyé avec le deſſein les notes ſuivantes.

Pour aller de Montpellier à Niſmes dans la voie ancienne élevée de cinq pieds ſur terre, on paſſoit ſur le pont Ambrois, qui eſt ſur le Vidourle à un quart de lieuë de Galargues le montueux. Ce pont avoit cinq arcades, trois deſquelles reſtent encore aujourd'hui, & l'on voit la pile qui ſervoit à la quatriéme & à la cinquiéme avec les naiſſances de l'arc de chaque côté. La premiere arche qu'on trouve en venant de Niſmes, fait une continuation avec la chauſſée de l'ancien chemin qui a ſix pieds d'élévation du côté où elle joint le premier côté de l'arche, qui eſt éloigné de l'eau d'environ vingt pieds. La chauſſée étoit élevée de même de l'autre côté ; en ſorte qu'on paſſoit le pont ſans guére monter ni deſcendre. A deux cent pas de la riviere, le chemin tournoit à main droite autour d'une montagne ; le détour étoit d'environ cinq cent pas ; il alloit enſuite quelque temps en droite ligne vers le bois taillis de la Deveze, & faiſoit après pluſieurs contours juſqu'au pont de Saleſon qui eſt près de Montpellier. "

Ce pont avoit cela de particulier, qu'au lieu que les autres ont un pavé, ou de plein pied ou en dos d'âne, ſelon que les bords de la riviere ſont ou plus hauts ou plus bas ; ici le pavé ſuivoit les contours des arches ; en ſorte qu'il étoit comme ondoyant ; mais ſi legérement, que quoiqu'on le remarquât à l'œil, on ne ſentoit point l'incommodité de monter & de deſcendre. "

Ce pavé & les parapets ſont preſque tous enlevés ; on n'y voit plus que les groſſes pierres qui compoſent les voutes des arcades. "

II. Le pont Ælius bâti par Adrien ſur le Tibre, au même endroit qu'eſt aujourd'hui le pont St. Ange, ſe voit ſur un beau médaillon du Roi en la forme que cet Empereur le fit bâtir. C'eſt un revers du même Empereur, où le pont eſt repréſenté avec ſes ornemens. Il eſt à ſept arches : Celles des côtés ſont & plus étroites & plus baſſes que les autres. A chaque bord du pont régne une baluſtrade interrompuë par quatre baſes d'autant de colomnes qui s'elevent, & au ſommet deſquelles ſont des Statues. Ces Statues, au nombre de huit, quatre de chaque côté, faiſoient un bel ornement, & devoient être apperçûes de fort

---

atque manuſcriptis codicibus referta : neque ſatis habens quod pontem ſumma accuratione delineandum curaviſſet, notas etiam ſequentes mihi tranſmiſit.

» Qua itur Montepeſſulano Nemauſum in via veteri aggerata & quinque pedibus altior vicinis agris, per pontem Ambruſſi tranſibatur, qui pons Vitturli fluvii oras jungit uno milliari à Galarga montuoſa. Pons tunc quinque arcus habebat, tres adhuc ſuperſunt, & pila adhuc viſitur ea quæ quartum atque quintum fulciebat cum curva naſcentis arcus ora utrinque relicta. Primus arcus qui Nemauſo venientibus occurrit, cum antiqua aggerata via jungebatur, quæ, qua pontem tangebat, eſt ſex pedum regiorum altitudine, qui arcus qua parte terram vicinam tangit, viginti circiter pedibus ab aqua fluente diſtat : agger perinde in alio latere ſublimis erat, ita ut per pontem fere plana via tranſiretur. Ducentis circiter à flumine paſſibus via ad dexteram deflectebat circa montem, ita ut quingentis itineris paſſibus circiter ille gyrus viatoribus viam augeret. Deinde vero recta linea ibatur verſus ſaltum illum cui nomen Deveza, & multi deinceps gyri occurrebant ad uſque pontem de Saleſone qui eſt prope Montempeſſulanum. «

Pons hic à cæteris ea in re differebat, quod omnes alii pontes pavimentum habeant aut planum aut in medio ſurgens quaſi in angulum obtuſum, hic undoſum haberet, quod arcuum formam fere repræſentaret ; ſed ita tamen ut etſi id oculis adverteretur, nihil tamen moleſtiæ euntibus crearet. Pavimentum autem & parietes hinc & inde oras pontis munientes, avulſi fere ſunt ubique, ſolumque ſurperſunt prægrandes illi lapides qui arcus conſtituunt. «

II. Pons Ælius ab Hadriano Imperatore ſtructus ſupra Tiberim eodem in loco ubi viſitur hodie pons Sancti Angeli dictus, in egregio numiſmate Regio conſpicitur, ea forma qua ab illo Imperatore excitatus fuit. Eſt autem poſtica pars nummi ejuſdem Imperatoris, in qua pons cum ornamentis ſuis. Septem habet arcus qui in lateribus & anguſtiores & humiliores ſunt aliis. In utraque pontis ora ſunt cancelli haud dubie lapidei, interque cancellos quatuor baſes utrinque : ſupra baſes imponuntur columnæ, & ſupra columnas ſtatuæ. Illæ vero ſtatuæ octo numero, quatuor nempe in utroque latere, multum ad ornatum præſtabant, & procul haud dubie conſpicieban-

loin, ſur-tout quand on venoit par la riviere. La montée du pont de chaque côté devoit être fort roide, ſi elle étoit telle que l'image la montre. Une choſe que je ne comprend pas, c'eſt une eſpece de canal qui conduit à la pénultiéme arche de l'un des côtés du pont: étoit-ce pour conduire ſûrement les batteaux qui vouloient venir à bord? A chaque extrémité du pont on voit comme un grand piedeſtal poſé à l'endroit où commence cette montée ſi roide, que les gens à pied n'y pouvoient monter qu'avec beaucoup de peine; il ne paroit pas que les chevaux, ânes ou mulets y ayent jamais pû paſſer, encore moins les voitures roulantes, ſuppoſé que la montée fut auſſi rude qu'elle eſt repréſentée ſur le médaillon du Roi. Ce pont a été refait depuis, & beaucoup plus large qu'il n'étoit anciennement. On y voit encore aujourd'hui des Statues, mais bien moins élevées que celles du pont Ælius.


III. Les deux médaillons du même cabinet qui ſuivent, repréſentent le pont d'Antioche, Ville de Carie ſur le Meandre. Ce pont a ſix arches; les ornemens des bords ſe remarquent à l'œil. On entroit dans le pont par une grande porte qui reſſemble à une porte de Ville; on en a fait une à-peu près ſemblable, mais plus magnifique, au pont neuf de Toulouſe. Au-deſſus du pont eſt la figure du fleuve couché, & derriere lui deux femmes qui reſſemblent aux Nemeſes de Smyrne. Ce pont eſt à un revers de l'Empereur Dece. L'autre figure du même pont eſt ſur un revers de l'Empereur Valerien; on y voit le même pont & la porte mieux deſſinée, le fleuve couché, & au lieu des deux femmes, un cavalier qui paſſe. Il y a ſi peu de temps depuis Dece juſqu'à Valerien, qu'il n'y a point d'apparence qu'on ait fait dans ce peu d'intervalle les changemens que nous voyons ſur les bords de ce pont: ceux du premier ſont incomparablement plus ornés que ceux du ſecond. Cela peut venir de ce que le graveur n'y a pas regardé de ſi près. Il ne paroît que ſix arches dans l'un, & l'autre en a ſept, dont la premiere & la derniere ne paroiſſent qu'à demi.

---

tur; maximè quando per flumen ipſum deſcendebatur. Aſcenſus ad pontem utrinque admodum aſper fuiſſet, ſi talis erat qualem imago monſtrat. Hîc quidpiam occurrit quod vix intelligo, canalis nempe quiſpiam in flumine, qui in penultimum arcum ad alterum pontis latus ducit, an ut hoc ducerentur naviculæ quæ ad oram fluminis appellere volebant? In utraque pontis extremitate eſt ceu magnus quidam ſtylobates ibi poſitus, ubi aſcenſus ille aſper incipit, tam utique arduus, ut etiam qui pedibus irent vix poſſent eo conſcendere, nec videntur unquam equi, aſini, muli, illac tranſire potuiſſe, multoque minus currus cujuſvis generis, ſi tamen ita aſper aſcenſus ille eſſet, ut in numiſmate Regio exhibetur. Hic pons hiſce poſtremis ſæculis exædificatus eſt, & multo latior quam olim erat. Ibi quoque ſtatuæ hodieque viſuntur, ſed longe minus ſublimes quam illæ.

III. Duo nummi qui ſequuntur ex eadem gaza Regia, pontem exhibent Antiochiæ ad Mæandrum urbis Cariæ. Hic vero pons ſex habet arcus, ornatus in ſuperna ora utrinque poſiti uno conſpectu cernuntur. In pontem intrabatur per magnam portam; quæ portæ urbis ſpeciem præ ſe ferebat: cui fere ſimilis, ſed magnificentior, ſtructa eſt in ponte novo Toloſæ: ſupra pontem eſt figura fluvii de more decumbentis, & pone illum duæ mulieres quæ certe Nemeſibus Smyrnæis ſat ſimiles ſunt. Hic pons eſt in poſtica facie nummi cujuſdam Decii Imperatoris. Alterum ejuſdem pontis ſchema eſt in poſtica facie nummi Valeriani; adeo parum temporis interſtitium habetur inter Decium & Valerianum, ut veriſimile non ſit tam modico tempore invectas eas in ponte mutationes fuiſſe, quas in oris pontis conſpicimus. Primi pontis oræ longe magis ornantur quam ſecundi. Id fortaſſis ex Sculptoris oſcitantia proceſſerit, qui hæc accurate referre non ſtuduit. In altero ſex ſolum arcus ſunt, in altero ſeptem, quorum primus & poſtremus tantillum comparent.







PONT D'AME

1












M.r le M

2







Medaill

5.4

ROIS ET AUTRES







quis d'Aubais



4



s du Roy .

CHAPITRE II.

Description du pont d'Alcantara.

IL y a long-tems que je demande le dessein du pont d'Alcantara, & que je fais tous les efforts possibles pour l'avoir & le donner au public. On me l'a souvent promis, & comme il n'y a nulle apparence que je puisse l'avoir à temps pour le mettre dans ce supplément, à moins que je n'en voulusse retarder trop long-temps la publication, je vais donner ici la description que m'en a envoyé M. le Gendre Chirugien du Roi d'Espagne ; la voici donc telle que je l'ai traduite de l'Espagnol.

Ce pont a six arches : les deux du milieu, d'une hauteur extraordinaire, " sont égales entre elles. La longueur du pont, en la prenant sur le pavé de dessus, " est de six cent soixante deux pieds, & sa largeur de vingt-quatre. Les parapets " qui bordent le pont des deux côtés ont d'épaisseur deux pieds, & de hauteur " quatre pieds & demi. La hauteur du pont depuis le fond de l'eau jusqu'au " plus haut des parapets est de deux cent quatre pieds & demi. On compte ainsi " le tout en détail ; tout ce qui est dans l'eau, de la même structure que ce qu'on " voit au-dessus, a trente-sept pieds de hauteur ; depuis la surface de l'eau jus- " qu'à la naissance de l'arc, il y a quatre-vingt-sept pieds : voilà déja 124. pieds. " Depuis la naissance de l'arc jusqu'au haut du pavé par ou l'on passe, il y a soi- " xante-dix-sept pieds ; si vous y joignez les quatre pieds & demi de hauteur des " parapets, ce seront deux cent quatre pieds & demi. Dans les deux arcs du mi- " lieu le vuide entre deux piles est de cent dix pieds, l'épaisseur des piles est de " trente-huit pieds. "

Au milieu du pont s'éleve un arc de la même structure, qui a quarante- " sept pieds de hauteur, & onze de largeur. Si vous joignez la hauteur de l'arc " à celle du pont, le tout aura 247. pieds, car la hauteur du parapet est com- " prise dans l'arc même. Sur la corniche de l'arc on lit sur des tables de marbre " l'Inscription suivante : "

CAPUT II.

Descriptio pontis Alcantarensis.

POntis Alcantarensis delineationem diu petii, diu exspectavi, ejusque depictam imaginem lectori offerre cupiebam ; verum quia nulla fere jam spes est posse me illam in hoc Supplemento locare, nisi ejus publicationem longius extraham ; interim ejus descriptionem hic apponendam duxi, quam mihi D. le Gendre Chirurgus Regis Hispaniæ procuravit, Hispanico vulgari idiomate descriptam. Sic autem habet illa.

» Hic pons sex habet arcus : duo autem in medio » positi insignis magnitudinis, æquales inter se sunt, » his vero minores ii qui ad latera positi sunt, qui » autem extremi à lateribus sunt, istis adhuc mino- » res. Longitudo pontis in superficie qua fit transitus » est sexcentorum septuaginta pedum. Latitudo vi- » ginti quatuor pedum. Loricarum autem, quæ hinc » & inde pontis transitum terminant, latitudo duorum » pedum est, altitudo vero earum est quatuor pedum & dimidii : pontis totius altitudo ab aquæ fundo « ad usque supremam loricam, est ducentorum qua- « tuor pedum & dimidii, qui hoc modo minutatim « numerantur : quod intra aquam habetur, ejus- « dem fabricæ atque illa quæ supra aquam visun- « tur, est pedum triginta septem ; ab aquæ superficie « usque ad arcus initium pedes octoginta septem ; « jam hæc centum viginti quatuor pedes habent : ab « arcus initio usque ad superficiem viæ qua supra pon- « tem transitur, septuaginta sex pedes sunt : his si an- « numeres, loricæ altitudinem quatuor pedum & di- « midii 204. pedes cum dimidio erunt. In arcubus « in medio sitis, id quod inter ambas pilas vacuum « est, centum & decem pedes habet, pilarum autem « spissitudo est pedum triginta octo. «

In medio ponte erigitur arcus eodem structuræ « genere, qui est altitudine pedum quadraginta septem, « latitudino undecim. Si hujus arcus altitudinem pon- « tis altitudini annumeres, ducenti erunt quadragin- « ta septem pedes, loricæ enim altitudo in hoc arcu « compehenditur. Supra coronidem arcus in tabulis « marmoreis legitur inscriptio sequens. «

IMP. CÆSARI. DIVI. NERVAE. F. NERVAE
TRAIANO. AVG. GERM. DACICO. PONTIF. MAX.
TRIB. POTEST. VIIII. IMP. V. COS. V. P. P

Dans la description qui m'a été envoyée d'Espagne, le Tribunat est marqué VIII. & le Consulat VI. mais il vaut mieux suivre Gruter pag. CLXII. qui l'a tirée des copies d'Alphonso Castro & d'Antoine Augustin. Le mémoire Espagnol continue ainsi :

„ Il y avoit encore sur cet arc quatre grandes tables avec le nom des Villes „ municipales de Lusitanie, qui avoient contribué à la construction du pont. „ Des quatre il n'en reste plus qu'une ; on a remplacé les autres de nouvelles „ pierres, dont l'Inscription porte, que Charles-Quint Empereur a fait restau- „ rer cet arc qui est dessus le pont, & qui regarde l'Occident. Cet arc avoit été „ détruit par les Maures, lorsqu'ils enleverent les soixante pierres principales „ pour boucher le passage à Alphonse de Leon, lorsqu'il venoit contre Alcan- „ tara. L'Inscription des trois pierres est telle.

CAROLVS V. IMPERATOR CAESAR
AVGVSTVS HISPANIARVMQ. 3. REX
HVNC PONTEM BELLIS ET ANTIQVITATE
DIRVMPTVM RVINAMQUE MINANTEM
INSTAVRARI IVSSIT ANNO DOMINI
MDXLIII. IMPERII SVI XXIIII. REGNI
VERO XXXVI.

Dans l'autre table, la seule des anciennes qui est restée on lit :

MVNICIPIA
PROVINCIAE
LVSITANIAE STIPE
CONLATA. QVAE. OPVS
PONTIS. PERFECERVNT
ICAEDITANI
LANCIENSES OPPIDANI

IMP. CAESARI. DIVI. NERVAE. F. NERVAE
TRAIANO. AVG. GERM. DACICO. PONTIF. MAX.
TRIB. POTEST. VIIII. IMP. V. COS. V. P. P

In d[illegible] illa quæ mihi ex Hispania transmissa fuit, [illegible] Tribunitia potestas VIII. & Consulatus V[illegible] præstat Gruterum sequi p. CLXII. qui hæc ex Alphonsi Castri & Ant. Augustini, aliorumque [illegible] pit. In descriptione illa vulgari Hispanico [illegible] descripta sic pergitur.

„ [illegible] in hoc arcu quatuor grandes tabulæ „ cum [illegible] municipiorum Lusitaniæ, quæ ad „ pontis [illegible] ctionem symbolam dederant. Ex illis „ [illegible] una prima superest ; in aliarum „ vero locum [illegible] sunt, in quibus narratur „ quomodo Carolus Quintus Imperator arcum illum „ [illegible] jussit, qui ad occidentem „ spectat. [illegible] arcus a Mauris diruptus fuit, „ cum [illegible] lapides præcipuos ab eo abstulerunt, „ ut impedirent quominus Alphonsus Legionis istac „ transire posset, quando Alcantaram infestus petebat. Trium porro lapidum inscriptio hæc est. „

CAROLVS V. IMPERATOR CAESAR
AVGVSTVS HISPANIARVMQ. 3. REX
HVNC PONTEM BELLIS ET ANTIQVITATE
DIRVPTVM RVINAMQVE MINANTEM
INSTAVRARI IVSSIT ANNO DOMINI
MDXLIII. IMPERII SVI. XXIIII. REGNI
VERO XXXVI.

In alia tabula quæ sola ex antiquis illis remansit, ita legitur.

MVNICIPIA
PROVINCIAE
LVSITANIAE. STIPE
CONLATA. QVAE. OPVS
PONTIS. PERFECERVNT
ICAEDITANI
LANCIENSES. OPPIDANI

TALORI
INTERANNIENSES
COLARNI
LANCIENSES
TRASCVDANI
ARAVI
MEIDVBRIGENSES
ARABRIGENSES
BANIENSES
PAESVRES

Nous ſuivons encore ici Gruter, qui a tout tiré des mémoires de très-habiles gens. Dans la copie qu'on m'a envoyée, je remarque ces différences. Entre ces Villes municipales, les ARABRIGENSES ſont omis, d'autres noms y ſont écrits ainſi, IGAEDITANI, LANCIENSSES, OPIDANI, INTERAMNIENSSES, ainſi toûjours avec deux S. COIARNI, LANCIENSSES, TRANCVDANI, MEIDVBRIGENSSES. Ces deux SS ſe trouvent ainſi toûjours; il n'y en avoit qu'un dans deux noms; mais celui qui a copié a eu ſoin de marquer l'autre par-deſſus, ce qui pourroit faire croire qu'ils ſont effectivement par-tout.

A l'autre côté du pont par où l'on paſſe en venant de Caſtille, il y a une « Chapelle large de dix pieds & longue de vingt. Les pierres ſont d'une gran- « deur énorme; elles ſemblent ſortir du mur pour faire un toit ou une eſpece « de voute. Elles ſont jointes avec tant d'artifice, que quoique l'édifice ſoit ſi « ancien, la pluye n'a jamais pu le percer. La porte eſt faite de trois grandes « pierres, deux pierres debout en ſoutiennent une en travers. Sur cette pierre cou- « chée & ſoutenuë par les deux autres ſont premierement cette inſcription, IMP. « NERVAE. CÆSARI. AUGUSTO GERMANICO. DACICO. SACRVM. que le temple eſt conſacré à l'Empereur Nerva Trajan Céſar Auguſte le Germanique & le Dacique, après quoi ſuivent douze vers élégiaques imprimés dans le latin, dont le ſens eſt, que ce temple a été bâti ſur la roche du Tage; que la majeſté des Dieux & de l'Empereur y eſt préſente; que l'art * y ſurpaſſe la matiere. Si quelque paſſant, dit-il, veut ſçavoir qui eſt l'auteur de ce merveilleux pont,

* Ce doit être le ſens, quoique le latin ſemble dire autrement.

TALORI
INTERANNIENSES
COLARNI
LANCIENSES. TRASCVDANI
ARAVI
MEIDVBRIGENSES
ARABRIGENSES
BANIENSES
PAESVRES

Hic quoque Gruterum ſequimur qui ex ſchedis virorum doctiſſimorum quos ſupra commemoravimus hæc excepit. In ſchedis quæ nobis tranſmiſſæ ſunt, hæc diſcrimina obſervantur, *Arabrigenſes* prætermittuntur, in ceteriſque nominibus hæc diſcrimina obſervantur IGAEDITANI ſcribuntur, LANCIENSSES, OPIDANI INTERAMNIENSSES, ſic ſemper cum duplici S. COIARNI LANCIENSSES TRANCVDANI, MEIDVBRIGENSSES, BANIENSSES, PAESVRES, ARABI. Pergit autem is qui ſchedas dedit.

» In altero pontis latere qua parte intrant ii qui ex Caſtella veniunt, eſt Sacellum latitudine decem pedum, longitudine viginti. Lapides ſunt magnitudinis ingentis atque extra muros erumpentes tectum « ſive quaſi fornicem efficiunt, atque cum tanto artificio junguntur, ut etſi adeo antiquum ſit ædificium aqua pluvia, nunquam ipſum penetrare potuerit. Porta ex tribus tantum lapidibus prægrandibus conſtruitur, quorum duo laterales, alium « tranſverſum ſuſteutant. In quo tranſverſo lapide « inſculpti ſunt duodecim verſus elegiaci, hac præmiſſa Trajanum, cui templum ſacratum eſt, ſpectante inſcriptione. «

IMP. NERVAE. TRAIANO. CAESARI. AUGUS-
TO. GERMANICO. DACICO. SACRVM
TEMPLVM. IN. RVPE. TAGI. SVPERIS. ET
CAESARE. PLENVM
ARS. VBI. MATERIA. VINCITVR. IPSA. SVA
QVIS. QVALI. DEDERIT. VOTO *al.* BOTO.
FORTASSE. REQUIRET
CVRA. VIATORVM. QVOS. NOVA. FAMA.
IVVAT. *al.* IVBAT.)

c'eſt Lacer, qui devoit ſacrifier après avoir conſommé l'ouvrage. Le même Lacer qui a fait le pont, a fait auſſi le Temple. C'eſt par un art divin que Lacer a fait un pont qui durera pendant tous les ſiécles; il a fait auſſi ce Temple pour les dieux Romains & pour Céſar, heureux d'avoir accompli l'un & l'autre.

„ Sous ces vers on lit encore cette Inſcription qui apprend & le nom de l'ou-„ vrier, & à qui il a dédié ceci. C. IVLIVS. LACER. H. S. F. ET. DEDICA-„ VIT. AMICO. CVRIO. LACONE ICEDITANO.

H. S. F. veut dire *hoc ſepulcrum fecit*, *il a fait ce ſepulcre & il l'a dédié à ſon ami Curius Lacon Iceditain.* Il eſt fort nouveau de voir un ſépulcre dédié à un ami.

„ Le même ouvrier mit un Autel dans le Temple pour qu'on y offrit des ſa-„ crifices aux Dieux, & mit l'Inſcription ſuivante.

CAIVS. IVLIVS. LACER. HANC. ARAM. EREXIT.
VT. DIIS. SACRA FACERET.

Caius Julius Lacer a érigé cet Autel pour y ſacrifier aux Dieux.

Cette Inſcription ne ſe trouve point dans Gruter, non plus que la ſuivante: l'Auteur du mémoire Eſpagnol continue ainſi:

„ Le même Architecte commanda qu'après ſa mort que ſes cendres fuſſent „ miſes dans le Temple à la droite de l'entrée, & que ſon urne fut couverte d'une „ table de pierre qui auroit cette Inſcription:

C. I. L. H. S. E. S. T. T. I.

Ce qui ſe doit lire ainſi: *Caius Julius Lacer hic ſitus eſt. Sit tibi terra levis. Ci gît Caius Julius Lacer: que la terre vous ſoit leégre.*

Ce n'étoit pourtant pas la coûtume de mettre les cendres des morts dans des Temples. Cette Inſcription n'eſt pas aujourd'hui dans le Temple, elle pourroit avoir été tirée d'ailleurs.

„ Ces deux pierres avec leurs Inſcriptions ne ſont plus dans le Temple, conti-„ nue le même, parce qu'étant une fois déplacées, on ne les a plus rappor-„ tées au même endroit; mais elles traînoient-là auprès, & changeoient de „ place, juſqu'à-ce qu'un homme du lieu, qui avoit du goût pour ces monu-„ mens, les emporta chez lui, de peur qu'elles ne ſe perdiſſent ou ne fuſſent „ caſſées.

INGENTEM. VASTA. PONTEM. QVI. MOLE. PEREGIT.
SACRA. LITATVRO. FECIT HONORE LACER
QVI. PONTEM. FECIT. LACER. ET. NOVA TEMPLA. DICAVIT
SCILICET. ET. SVPERIS. MVNERA. SOLA. LITANT
PONTEM. PERPETVI. MANSVRVM. IN. SAECVLA. MVNDI
FECIT. DIVINA. NOBILIS. ARTE. LACER
IDEM. ROMVLEIS. TEMPLVM. CVM. CAESARE. DIVIS
CONSTITVIT. FELIX. VTRAQVE. CAVSA. SACRI

» Sub verſibus his hæc leguntur quibus nomen » artificis diſcitur, & cui hæc conſecraverit.

C. IVLIVS. LACER. H. S. F. ET. DEDICAVIT. AMICO. CVRIO. LACONE ICEDITANO

» Artifex autem ille in templo aram poſuit, ut ibi » ſacra diis offerrentur cum inſequenti inſcriptione,

CAIVS.IVLIVS.LACER.HANC. ARAM.EREXIT
VT. DIIS. SACRA. FACERET.

Hæc autem inſcriptio apud Gruterum non legitur, ut nec ſequens, ſic autem pergit is qui ſchedas paravit.

Juſſit præterea memoratus artifex poſt obitum « ſuum cineres reponi in templi loco ſublimi ad « dexteram intrantibus, urnamque operiri tabula la- « pidea rotunda cum hac inſcriptione. «

C. I. L. H. S. E. S. T. T. L.

id eſt, *Caius Julius Lacer hic ſitus eſt. Sit tibi terra levis.*

Verum non erat hæc conſuetudo, ut defunctorum cineres in templis conderentur. Cum autem hæc inſcriptio non jam ſit in templo, potuit aliunde exportari; pergit autem is qui ſchedas deſcripſit.

Hoſce duos lapides cum inſcriptionibus non intra « templum jam videre eſt, quia cum ex proprio ſibi « loco delapſi eſſent, non ultra repoſiti fuere, ſed « in vicinia jacebant & revolvebantur; donec quiſ- « piam ex iſto loco, harumce rerum ſtudioſus, ne « perirent aut frangerentur, illos in ædes ſuas expor- « tavit, ubi jam ſervantur. «

Le pont fait en six ans fut achevée l'année 105. de Jesus-Christ. Tout l'édifice est de grandes pierres de couleur grise. Ces pierres ne sont pas jointes avec de la chaux ou avec quelque autre espece de ciment, mais avec des ligamens de fer plombés.

Le cinquiéme Consulat de Trajan concourt avec l'an 105. de Jesus-Christ. Il conclud de-là qu'il fut achevé en six ans, en supposant qu'on avoit commencé de bâtir au commencement de l'Empire de Trajan, & qu'on l'avoit fini en son cinquiéme Consulat.

Trajan fut porté à le faire, selon l'opinion de plusieurs Auteurs, pour faciliter le commerce entre Emerita & Norba Cæsarea colonies, qu'on appelle aujourd hui Merida & Alcantara. Avant que le pont fut fait on ne pouvoit sans péril passer le Tage, bordé de tant de rochers & de précipices. «

» Perfectus autem absolutusque pons fuit sex annorum spatio, anno ab ortu Christi 105. Totum ædificium est ex lapidibus grandibus cinerei coloris. Lapides autem sine calce vel cæmento aut materia simili, ligaminibus ferreis plumbatis junguntur.

Consulatus quintus Trajani cum anno Christi centesimo quinto concurrit. Hinc concluditur ex illo scriptore intra sex annos perfectum absolutumque pontem fuisse, supponendo ab inito Trajani Imperio initum fuisse opus, & perfectum fuisse ipso quinto Consule.

Eo autem adductus Trajanus fuit ut pontem construeret, secundum scriptorum quorumdam sententiam, ut hinc commercium facilius evaderet inter Emeritam & Norbam Cæsaream colonias: non sine periculo enim trajectus Tagi fieri poterat, in cujus ripis tot ingentia saxa & prærupta loca erant. «

CHAPITRE III.

A l'occasion des pieds d'Espagne dont nous parlons ici souvent, on compare le pied royal Phileterien en usage chez les anciens, avec les pieds d'Espagne, d'Italie, de France & d'Angleterre, en donnant les mesures de tous ces pieds.

En parlant du pont d'Alcantara & de toutes ses parties, on a donné éxactement, quoique sur la foi d'autrui, les mesures & du pont & de ses parties en mesurant toujours selon le pied Espagnol. Ce même pied Espagnol est encore enployé souvent dans la description du pont de Segovie qui viendra bien-tôt. Comme ce pied différe considérablement de notre pied, de celui d'Italie & d'Angleterre, & de presque tous les autres, j'ai jugé à propos de comparer ici tous ces pieds ensemble, & d'en donner les mesures: & comme je crois avoir trouvé la comparaison du pied ancien Italien & du Romain d'aujourd'hui qui est le même, avec l'ancien pied de roi Phileterien, je commencerai par ce pied & par l'Italien, & après avoir fait la comparaison des deux, je viendrai aux autres. Il est à propos que ces mesures se trouvent dans cet ouvra-

Pl. après la XLI.

CAPUT III.

Occasione pedum Hispanicorum qui frequenter adhibentur, fit comparatio pedis regii Philetærii, qui apud veteres in usu erant, cum pedibus Hispanicis, Italicis, Gallicis, Anglicis, quorum omnium mensura datur.

In capite præcedenti ubi de ponte Alcantarensi, necnon de ejusdem partibus agitur, datis accuratissime, quantum fas est judicare, singulorum mensuris, pedibus Hispanicis ad eam rem semper usi sumus: mox etiam ubi de aquæductu Segoviano agetur pedes Hispanici passim adhibebuntur, quod mensuræ Hispanicæ genus, cum à nostris pedibus, ab Italicis, Anglicis aliisque pene omnibus differat, operæ precium duxi hîc de pedibus veterum agere, ipsosque cum pedibus nostris, itemque Italicis, Hispanicis, Anglicisque conferre, omniumque quantum fas erit, mensuram ob oculos adducere. Jam vero quia comparationem pedis veteris regii Philætærii cum Italico & Romano hodierno invenisse me puto, à pedibus veterum Græcis Italicisque incipiamus, & amborum comparatione facta ad nostros demum veniamus. Illud quippe ad institutum nostrum maxime quadrat:

ge, où nous avons ſouvent parlé du pied des anciens, des nôtres que nous appellons pied de roi, du pied d'Italie & de celui d'Angleterre; & enfin ici du pied d'Eſpagne, qui vient à tout bout de champ. Il ſemble donc que nous ne puiſſions nous diſpenſer de comparer tous ces pieds enſemble: nous en avons déja parlé ailleurs, comme en paſſant. Nous allons le faire ici plus à fond & avec toute l'éxactitude poſſible.

Les anciens Auteurs, Herodote, Thucydide, Xenophon & les autres, parlent ſouvent de cette meſure, qu'on appelloit le pied; mais il eſt difficile, pour ne pas dire impoſſible, de dire préciſément quelle meſure ils donnoient à ce pied, ni ſi le pied dont différens Auteurs parlent étoit le même; car on croit qu'il y avoit anciennement autant de différences entre les meſures de différens pays, qu'il y en a aujourd'hui entre celles des François, des Anglois, des Italiens & des autres.

Nous ne voulons point toucher à ces meſures ſi anciennes & ſi difficiles à démêler; mais nous nous arrêtons à Héron célébre Mathématicien de temps plus bas. Cet Auteur dans ſon livre περὶ εὐθυμετρικῶν, des meſures en droite ligne, ce qui veut dire des meſures en longueur, largeur & profondeur; dans ce livre, dis-je, il met deux ſortes de pieds, le pied royal Phileterien, & le pied Italien. Ce pied royal Phileterien a pris ce nom, à ce qu'on croît, de Philetere, qui peu après la mort d'Alexandre le Grand, ſe ſaiſit de Pergame, y fut tyran pendant vingt ans, & inventa ce pied qui fut appellé de ſon nom Phileterien. Héron dit donc: *Le pied royal appellé Phileterien a quatre palmes ou ſeize doigts, & le pied Italien a treize doigts & un tiers de doigt.*

Le pied Phileterien étoit donc beaucoup plus grand que l'Italien, nous verrons plus bas qu'il fut fort en uſage chez les Grecs, Héron Auteur Grec le marque aſſez lui-même, puiſqu'il ne met que ce pied-là avec l'Italien. Pour ce qui eſt du pied Italien, je ne crois pas que perſonne nie que ce ne ſoit le pied Romain, & nous ne pouvons pas douter que le pied ancien Romain ne fut le même que le pied Romain d'aujourd'hui. Le pied ancien Romain qu'on conſerve au Capitole en eſt une preuve; c'eſt la même meſure que le pied d'aujourd'hui. Quoique je l'euſſe vû pendant mon ſéjour à Rome, pour m'en aſſurer davantage, j'écrivis à mon ami Mgr. Fontanini Prélat Romain, dont l'érudition eſt connuë de toute l'Europe; il me marqua que c'eſt certainement le même, & ajoûta

---

ſæpe namque pedes veterum commemoravimus, itemque noſtros quos regios vocamus. Italicos item ſæpe, & nonnunquam Anglicos, hîc autem Hiſpanici pedes frequentiſſime commemorantur & adhibentur. Has autem menſuras mutuo comparare neceſſe eſt: jam hac de re carptim alicubi verba fecimus: ſed hîc res eſt tractanda pluribus.

A vetuſtiſſimis ſcriptoribus id menſuræ genus quod ποὺς ſive pes vocabatur, non raro commemoratur, ab Herodoto videlicet, Thucydide, Xenophonte, aliiſque: ſed quam illi pedi menſuram tribuerent, & an pedes qui à diverſis commemorantur ejuſdem ſint menſuræ omnes, id vero difficile eſt aſſequi & explorare, cum tanta fuerit olim in menſuris varietas, quantam hodie inter diverſas nationes experimur.

Illis porro dimiſſis, ad Heronem nobilem Mathematicum, ſed inferiorum temporum, nos conferimus. Ille vero in libello ſuo περὶ εὐθυμετρικῶν, ſeu de corporibus in rectum metiendis, quem edidimus in Analectis Græcis p. 313. pedum duo genera commemorat; regium nempe ſive Philetærium & italicum. Pes vero Philetærius regius ſic dictus putatur à Philetæro, qui paulo poſt ævum Alexandri magni Pergami tyrannidem per annos viginti occupavit, quique hanc pedis menſuram invexerit, quæ à ſuo nomine Philetæria vocata eſt. Hero igitur de pede loquens hæc habet: ὁ πὲς μὲν [illegible], καὶ Φιλεταίρειος λεγόμενος, ἔχει παλαιστὰς δ΄, δακτύλους ις΄. ὁ δὲ Ιταλικὸς πὲς, ἔχει δακτύλους ιγ [illegible], hoc eſt, *Pes regius & Philetærius dictus habet palmos quatuor, digitos ſexdecim; Italicus vero pes habet digitos tredecim & tertiam digiti partem*

Pes igitur Philetærius longe major Italico erat, atque in uſu fuiſſe apud Græcos infra comprobabitur. Hero autem ſcriptor Græcus id ſatis indicat, quando nullum alium cum Italico pedem adfert. Pedem vero Italicum hîc Romanum pedem intelligi, neminem puto inficias iturum eſſe. Romanum autem veterem hodierno parem fuiſſe non eſt quod dubitemus. Nam hodieque pes antiquus Romanus hodierno par obſervatur in Capitolio in illo ſubdiali loco ubi ſtatuæ viſuntur. Etſi autem videram cum Romæ degerem, à Fontanino meo, viro omni exceptione majore, rem certo ediſcere volui, atque edidici. Scripſit ille præ-

que

que Mgr. Bianchini, dont nous avons ſi ſouvent parlé, avoit un pied ancien Romain de bronze, diviſé en quatre palmes, & chaque palme en quatre doigts, & qu'il croit que c'eſt le même pied qui a autrefois appartenu à Lucas Pætus. Ce pied eſt auſſi le même que le Romain d'aujourd'hui. Ce pied de Mgr. Bianchini eſt diviſé en quatre palmes, & chaque palme en quatre doigts : c'eſt ce que dit ci-deſſus Héron du pied Phileterien ; mais le palme & le doigt de Héron ne conviennent pas avec ceux-ci ; car ſelon Héron le pied Italien étoit beaucoup plus petit que le pied Phileterien, & par conſéquent le palme qui faiſoit la quatriéme partie du pied Phileterien, étoit plus grand que celui qui faiſoit la quatriéme partie du pied Romain : il faut dire la même choſe du doigt.

Il eſt certain que le pied royal Phileterien étoit fort en uſage chez les Grecs, cela ſe prouve par ce que Héron dit peu après le paſſage rapporté ci-deſſus, en parlant ainſi de la coudée : *La coudée*, dit-il, *a ſix palmes & vingt-quatre doigts : on l'appelle la coudée Xylopriſtique*, c'eſt-à-dire, la coudée à meſurer le bois que qu'on veut couper. Il parle ſans doute ici ſelon la meſure du pied Phileterien, ce qui ſe prouve en ce qu'il donne vingt-quatre doigts à la coudée, venant d'en donner ſeize au pied Phileterien.

Selon Héron donc la coudée avoit un pied Phileterien & demi, il ne donne point d'autre coudée que celle-là, & c'étoit ſans doute la coudée ordinaire des Grecs : ils comptoient trois coudées pour la taille ordinaire des hommes, qui n'étoient ni grands ni petits. St. Jean Chryſoſtome ſur le Pſeaume 48. nom. 7. parle ainſi de l'homme : *Il n'a de taille que trois coudées, il céde aux bêtes quant à la force, mais la raiſon dont Dieu l'a orné l'éleve par-deſſus toutes les choſes de la terre.* Et dans une autre Homélie ſur le même Pſeaume p. 517. de notre Edition, il dit, parlant d'un homme avide du bien d'autrui : *Celui qui avoit ravi le bien d'autrui autant qu'il avoit pû, va ainſi au ſepulcre : il ne faut que l'eſpace de trois coudées pour l'enterrer, & c'eſt-là tout le fruit de ſes rapines.* La coûtume de compter trois coudées pour la taille d'un homme paroît avoir été ſi établie, que la taille même d'un homme étoit employée pour une meſure de trois coudées. Le Géographe de Nubie au troiſiéme climat, dit que la tour du Phare avoit trois cent coudées,

---

terea Dominum Blanchinium quem ſæpe memoravimus, pedem veterem Romanum æneum habere quatuor in palmos diviſum, & quemlibet palmum in quatuor digitos, putareque pedem hujuſmod imenſuralem ad Lucam Pætum olim pertinuiſſe ; qui pes hodierno Romano par omnino eſt. In hoc igitur pede quatuor notantur palmi, & in quolibet palmo quatuor digiti, quod & dicebat ſupra Hero de pede Philetærio ; ſed palmi Heronis non ejuſdem erant menſuræ, ut neque digiti. Nam ſecundum Heronem pes Italicus longe minor erat philetærio, palmuſque etiam, qui quarta pars Philetærii, major erat palmo illo qui quarta pars erat Italici ſive Romani, idipſumque de digito inferas.

Pedem vero Philetærium regium apud Græcos in uſu fuiſſe compertum nobis eſt ; idque facile probatur ex iis quæ Hero Mathematicus paulo poſt verba ſuperius allata ſubjicit, de cubito ſic loquens : ὁ πῆχυς ἔχει παλαιστὰς ς΄ δακτύλους κδ΄ καλεῖται δὲ καὶ ξυλοπριστικὸς πῆχυς, hoc eſt, *cubitus habet palmos ſex, digitos viginti quatuor. Vocatur quoque Xylopriſticus, ſive ligni ſectilis cubitus.* Hic vero ſecundum pedis Philetærii menſuras loquitur : illudque hinc manifeſte probatur, quod 24. digitos cubito adſcribat qui ſexdecim digitos pedi Philetærio regio paulo ante adſcripſit.

Itaque ſecundum Heronem cubitus pedem unum Philetærium cum dimidio habuerit : & hanc unam ille menſuram cubiti agnoſcit, quæ etiam apud Græcos communis fuiſſe videtur, qui vulgaris ſtaturæ homines, eos videlicet qui neque inter proceros, neque inter puſillos eſſe cenſebantur, ſed mediocris ſtaturæ, τριπήχεις ſive tricubitales eſſe dicebant. Sic Chryſoſtomus in Pſalm. 48. num. 7. de homine loquens, hæc habet : τὸν βραχὺν τοῦτον καὶ τρίπηχυν καὶ τοσούτῳ τῶν ἀλόγων ἐλάττονα, κατὰ τὴν τοῦ σώματος ἰσχὺν, τῇ τοῦ λόγου συγγενείᾳ ὑψηλότερον πάντων ἐποίησε, id eſt, *& hunc brevem ac tricubitalem, ac viribus corporis brutis longe inferiorem, ex innata ratione fecit cunctis excelſiorem.* Sic & in alia in eumdem Pſalmum homilia p. 517. editionis noſtræ de rapacibus viris loquens ait : ἀπέρχεται εἰς τὸν τάφον ὁ πάντα ἁρπάζων, εἰς τρεῖς πήχεις θάπτεται, καὶ πλέον οὐδέν. *In ſepulcrum abit qui omnia rapuerat, intra tres cubitos ſepelitur, nec quid amplius.* Ita porro in conſuetudinem abierat hominem tricubitalem dicere, ut ſtatura hominis aliquando in menſuram adhibita trium cubitorum fuerit. Sic Geographus Nubienſis in climate tertio turrim Phariam dicit habere trecentos cubitos vel centum

ou cent tailles d'hommes ; il met lui-même cette disjonctive, comme comptant par l'un & par l'autre.

I. CAius Gracchus, auctore Plutarcho in Gracchis, in viis illis majoribus columnas ad milliaria singula poni jussit, ut spatiorum mensuras daret, & quantum loca à locis distarent edoceret. Milliare autem, eodem referente scriptore, paulo minus quam stadia octo complectebatur : τὸ δὲ μίλιον ὀκτὼ σαδίων ὀλίγον ἀποδεῖ Milliari magna pars octo stadia tribuunt. Hæc milliaria in Italia incipiebant à columna milliari quæ in foro Romano erigebatur. Hinc per milliaria itineris spatia metiebantur. Ad singula milliaria lapides erant erecti, ubi insculptum erat II. IV. VIII. & similia secundum numerum milliarium. Dicebatur autem, *ad quartum, ad quintum, ad octavum lapidem*, id est, ad quartum, ad quintum, ad octavum milliare ab urbe. Cum avulsi aut fracti erant lapides, alii substituebantur. Hodieque Romæ in Capitolio visitur columna milliaris, quæ referente Flaminio Vacca ad Capitolii radices eruta fuit versus Marcelli theatrum. Est adhuc milliare aliud in vinea Justinianæa. In Terracinensi foro est item columna milliaris notata LIII. quæ olim in paludibus vicinis erat, quas Pontinas paludes vocabant. Eratque columna illa Roma distans milliaribus quinquaginta tribus *ad quinquagesimum tertium ab urbe lapidem.*

II. Imperatorum ævo ipsorum Augustorum nomina in hujusсemodi columnis adscribebantur. Hodieque multæ supersunt ubi Imperatoris nomen tum viventis legitur. Romæ columnam hujusсemodi vidi, quæ duobus tribusve ante annis ex terra eruta fuerat Romæ in hortis Cælestinorum, quorum Ecclesia S. Eusebii nomen præfert. Hæc columna ex marmore albo est. Erecta autem olim fuerat in villa Herodis Attici, quæ villa Triopia appellabatur, tertioque ab urbe lapide erat, ut discimus ex duabus ædium Farnesiarum columnis, quarum explicationem dedi in Palæographia Græca p. 141. Illa vero de qua jam loquimur columna eodem sita loco videtur fuisse, inscriptio quippe Græca de villa Triopia intelligenda esse vide-

cette Villa Triopia. La voici telle que je l'ai rapportée dans mon Journal d'Italie. ANNIA ΡΗΓΙΛΛΑ ΗΡΩΔΟΥ ΓΥΝΗ ΤΟ ΦΩC ΤΗC ΟΙΚΙΑC ΤΙΝΟC ΤΑΥΤΑ ΤΑΧΩΡΙΑ ΓΕΓΟΝΑΝ. Le ſens de cette Inſcription qui n'eſt pas faite par un habile homme eſt tel : *ces terres appartiennent à Annia Regilla femme d'Herode* [Atticus] *cette Dame étoit comme la lumiere de ſa maiſon.* Cette colomne qui a ſix pieds de haut, ſervit depuis pour marquer le ſeptiéme milliaire, & ſelon toutes les apparences dans la même voie Appienne. L'Inſcription qui marque le milliaire fut miſe à l'autre bout de la colomne, en ſorte que celle d'Annia Regilla fut fichée en terre. Cette Inſcription eſt en ces termes.

DOMINO (ſic) NOSTRO·MAXENTIO PIO
FELICI INVICTO AVGVSTO VII.

A notre Seigneur le pieux l'heureux & l'invincible Maxence Auguſte VII.

PL. XLV. Il y avoit auſſi des colomne milliaires dans les Provinces, dans les Gaules, dans l'Eſpagne, dans la Germanie, dans la Pannonie, &c. On en a trouvé aſſez grand nombre, & l'on en déterre tous les jours. Elles portent les noms des Empereurs, quelquefois auſſi celui des perſonnes qui ont eu ſoin de les ériger. En voici quelques-unes découvertes depuis peu d'années, l'une fut déterrée en 1709. auprès de l'Abbaye de S. Medard lez Soiſſons dans un champ de la même Abbaye. Elle eſt d'une pierre dure, qui néanmoins à la longueur du temps à été écaillée en divers endroits, & fort gâtée au milieu par une charruë. Elle à ſix pieds de hauteur en y comprenant la baſe qui a quatorze pouces. Chaque côté de la baſe a deux pieds deux pouces de long. La colomne a quatre pieds neuf pouces de circonférence par le bas, & quatre pieds cinq pouces par le haut. En vain chercheroit-on ici les meſures & les proportions ordinaires des colomnes. Le trou qui eſt à la ſurface de deſſus peut avoir été fait, dit-on, pour y planter une Croix ; mais je ne ſçai ſi ceux qui le diſent ont bien conjecturé. Voici comment l'Inſcription ſe peut lire en ſuppléant, ſans trop deviner, à ce qui y manque.

IMPERATORE CAESARE LVCIO
SEPTIMIO SEVERO PIO PER-
TINACE AVGVSTO ARA-

---

tur. En illam qualem in Diario Italico retuli. ANNIA ΡΗΓΙΛΛΑ ΗΡΩΔΟΥ ΓΥΝΗ ΤΟ ΦΩC ΤΗC ΟΙΚΙΑC ΤΙΝΟC ΤΑΥΤΑ ΤΑΧΩΡΙΑ ΓΕΓΟΝΑΝ. Hæc inſcriptio à viro non erudito facta ſic explicatur. *Annia Regilla Herodis uxor, lux domus, cujus hac prædia fuerunt.* Hæc vero columna quæ eſt ſex pedum altitudine, adhibita poſtea fuit, ut milliare ſeptimum notaret, atque ut veriſimile eſt, in eadem via Appia. Inſcriptio illa quæ milliare annotat, inverſa columna in alio columnæ capite inſculpa fuit, ita ut inſcriptio illa alia Anniæ Regillæ in terram defigeretur. Inſcriptio autem illa poſterior ſic habebat.

DOMINO (ſic) NOSTRO MAXENTIO PIO
FELICI INVICTO AVGVSTO VII.

Erant quoque columnæ milliares in Provinciis, in Galliis, in Hiſpaniis, in Germania, in Pannonia, &c. Ex magno numero detectæ fuerunt, ac quotidie quædam ex terra educuntur. Nomen autem Imperatorum habent ; aliquando etiam eorum qui ipſas erigi curavere. En aliquot columnas hujuſcemodi paucis hinc annis erutas. Prima detecta fuit anno 1709. prope Cœnobium ſancti Medardi Sueſſionenſis in agro ad idem ipſum Cœnobium pertinente. Ex petra duriſſima adornata illa fuit, quæ tamen diuturnitate temporis fruſta quædam amiſit, atque admodum in medio labefactata fuit ex impreſſione aratri. Eſt autem altitudine pedum ſex, ſi baſim una comprehendas, quæ quatuordecim pollicum eſt : latera ſingula baſis duos pedes longitudinis habent duoſque pollices : columnæ vero ambitus inferne eſt pedum quatuor novemque pollicum, ſuperne vero pedum quatuor & quinque pollicum. Hic fruſtra quæras menſuram proportionemque columnarum vulgarium. Foramen autem in ſuprema columna excavatum dicunt potuiſſe ſic concinnari, ut crux ibi defigeretur. Verum neſcio an hæc conjectura quidpiam habeat probabilitatis, quandoquidem & in aliis columnis foramen ſimile conſpicimus. Hoc autem modo inſcriptio legi poſſe videtur, quædam quæ deſunt ſupplendo, ita tamen ut non nimia libertas in reſtituendis litteris uſurpetur.

IMPERATORE CAESARE LVCIO
SEPTIMIO SEVERO PIO PER-
TINACE AVGVSTO ARA-

BICO ADIABENICO
PARTHICO MAXIMO
PATRE PATRIÆ CONSVLE TERTIVM ET IMPERATORE CÆSARE
MARCO AVRELIO ANTONI-
NO PIO FELICE
. . . .
CONSVLE CVRANTE LVCIO P.
POSTVMO LEGATO AVGVSTORVM
P. P. AB AVGVSTA SVESSIONVM
LEVGA SEPTIMA.

Sous l'Empereur Luce Septime Severe Pertinax le pieux & l'auguste vainqueur des Arabes, des Adiabeniens & des Parthes, très-grand, pere de la patrie, Consul pour la troisiéme fois, & sous l'Empereur César Marc-Aurele Antonin le pieux & l'heureux . . . . Consul; par les soins de Luce P. Postume Légat des Augustes, Propreteur. Septiéme lieuë depuis Soissons.

Je ne m'arrêtetai point sur les qualités d'Auguste, de pieux, de très-grand, de pere de la patrie, que tous les Empereurs de son siécle prenoient indifféremment; tout le monde sçait aussi qu'il se nommoit Pertinax, en mémoire d'Helvius Pertinax qui fut fait Empereur après la mort de Commode. Je viens d'abord à son Consulat troisiéme qui concourt avec le premier Consulat de Marc-Aurele Antonin Caracalla son fils, ce qui reviendroit à l'an 202. de Jesus-Christ, comme l'on voit dans les fastes consulaires. Mais comme l'année du Tribunat de l'un & de l'autre, ni l'année de l'Empire ne sont point marquées, ce pourroit aussi être l'an 203. & l'an 204. où ils prenoient tous deux les mêmes dates de Consulat; Septime Sévere COS. III. & Caracalla Cos. simplement, comme ils faisoient aux années qui suivoient ce Consulat, jusqu'à ce qu'ils l'étoient une autre fois. Caracalla le fut en 205. avec Geta son frere, & prit alors la qualité de Cos. II. jusqu'au Consulat suivant, qui fut le troisiéme du vivant de son pere. On ne voit qu'un C, avant *curante*, mais comme il y a l'espace qu'il faut pour ajoûter OS, il faut lire certainement COS, quoique cela ne nous serve guéres pour fixer le temps, comme nous allons dire. La ligne qui manque se doit, ce semble, suppléer par d'autres Inscriptions, comme dans Gruter

---

BICO, ADIABENICO
PARTHICO MAXIMO
PATRE PATRIÆ COS. III. ET IMP. CÆS.
MARCO AVRELIO ANTONI-
NO PIO FELICE
. . . . . .
COS. CVRANTE LVCIO P.
POSTHVMO LEGATO AVGVSTORVM
P. P. AB AVGVSTA SVESSIONVM
LEVGA SEPTIMA.

Hîc nihil morabor verba, Augusto Pio Maximo patre patriæ, quæ Imperatores omnes illo ævo sibi adscribebant. Ignorat nemo Severum sese Pertinacem appellavisse in memoriam & honorem Helvii Pertinacis qui post Commodi necem Imperator factus est. Ad ejus Consulatum tertium statim me confero, qui concurrit cum primo Marci Aurelii Antonini Caracallæ Consulatu, quod in annum Christi confertur 202. ut in fastis Consularibus perspicitur. Verum cum neutrius anni Tribunatus annotentur, neque etiam annus Imperii, posset etiam esse annus 203. & annus 204. in quibus iidem eumdem notant consulatum tertium; videlicet Septimius Severus dicitur COS. III. & Caracalla COS. simpliciter; id quod etiam observabant in annis hunc Consulatum sequentibus, donec alium ac novum inirent Consulatum. Caracalla Consul iterum fuit anno 205. cum fratre Geta: tunc autem in nummis & inscriptionibus COS. II. cœpit appellari, & sic vocatus fuit usque ad Consulatum sequentem, quem tertium inivit vivente patre. Ante vocem illam *curante* C tantum advertitur labefactato lapide, sed quia spatii satis est ut OS adjiciatur, COS certissime legi debet: etsi illud parum momenti adferat ad tempus assignandum, ut mox dicturi sumus. Qui vero deficit versus, suppleri debet, ni fallor, ex aliis in-

p. 1. où Septime Sévere & Caracalla se trouvent avec les mêmes termes, avec cette différence que le Tribunat de Septime Sévere y est marqué : celui de Caracalla y est marqué ainsi : *Imp. Cæsar M. Aurelius Antoninus pius Felix. Trib. potest. V. COS. Procos.* Il se trouve de même avec son pere dans une autre Inscription de Gruter p. CLXXII. & dans une autre donnée par M. l'Abbé Fontanini dans sa description d'Horta p. 47. toûjours avec *COS. PROCOS*, qui marque le Proconsulat, & qui se trouve encore dans le pere. L'Inscription du grand Arc de Sévere l'a de même à Rome sur Sévere & sur Caracalla ; & on le trouve encore dans l'Inscription suivante de la colomne du Château de Vic sur Aine, de sorte que selon toutes les apparences il faut lire *Pio felice Augusto*, *Tribunitia potestate*, *COS. PROCOS.* COS de la ligne suivante sera la seconde syllabe de PROCOS. Nous laissons un blanc après *tribunitia potestate*, & de même après COS, parce que tout est sauté, & que nous n'avons rien pour fixer les nombres. Il y a treize Tribunats & trois Consulats de Caracalla avant la mort de son pere, & ne sçachant quel nombre il y avoit pour l'un & pour l'autre, tout ce que nous pouvons dire, est que la colomne a été posée depuis le troisiéme Consulat de Septime Sévere jusqu'à la guerre Britannique, c'est-à-dire, depuis l'an 202. jusqu'à l'an 210. où il prit le nom de Britannicus, qui ne se trouve point ici, parce qu'il n'avoit pas encore fait l'expédition de la Grande-Bretagne. Tous les Antiquaires sçavent que ces Consulats étoient toûjours marqués selon le nombre du dernier Consulat dans les monumens publics, quoique les Empereurs ne fussent pas alors Consuls, & cela jusqu'à ce qu'ils fussent nommés Consuls pour une autre année, ou jusqu'à leur mort, s'il n'y avoit point d'autre Consulat.

Les mots suivants sont *Curante L. P. Postumo leg. Augg. pp.* C'est donc *Lucius Postumus* qui a eu le soin de faire faire & d'ériger cette colomne. On ne sçait ce que veut dire le P. après l'L. cette lettre veut dire certainement Lucius, c'est un prénom des plus ordinaires. Le P suivant, est sans doute un nom qu'on ne peut lire qu'en devinant ; on ne peut pas lire *Publius* qui seroit un autre prénom ; car on n'en mettoit jamais deux de suite. *Legato Augustorum :* Légat des Augustes. Il y avoit sous les Empereurs des Légats de Légions envoyés pour les commander, & des Légats de Provinces, de l'Afrique, de l'Aquitaine, de la Narbonnoise ;

---

scriptionibus, ut apud Gruterum p. 1. ubi Septimius Severus & Caracalla iisdem cum litteris & vocibus comparent, hoc uno excepto quod Tribunatus Septimii Severi annotetur. Caracallæ quoque Tribunatus sic notatur. IMP. CÆSAR. M. AVREL. ANTONIN. PIVS FELIX TRIB. POTEST. V. COS. PROCOS. Item cum patre occurrit in alia Gruteri inscriptione p. CLXXII. & in alia à D. Abbate Fontanino data in descriptione Hortæ p. 47. semper cum COS. PROCOS. quo Proconsulatus notatur ; id quod etiam in patre occurrit. Inscriptio magni illius arcus Septimii Severi Romæ idipsum quoque habet in Severo & in Caracalla : & in sequenti etiam inscriptione idipsum observatur columnæ in Vico ad Axonam repertæ. Itaque, ut omnino verisimile est, quæ abrasa pene fuerunt, ita legi debent PIO FELICE AVGVSTO, TRIBVNITIA POTESTATE COS. PROCOS. COS autem versum sequentem incipiens, secunda syllaba erit vocis PROCOS. Spatium autem relinquimus post TRIBVNITIA POTESTATE, ut etiam post COS, quia omnia abrasa sunt, nihilque opis suppetit ut numeros adjiciamus. Sunt enim tredecim Tribunatus & tres Consulatus Caracallæ ante obitum patris sui, & cum ignoremus quis numerus utrique voci additus esset, hoc unum possumus concludere, nempe columnam positam fuisse à tertio Septimii Severi Consulatu ad usque Britannicum bellum; id est, ab anno 202. Christi usque ad annum 210. quo Britannici nomen accepit : hoc autem cognomen hic non comparet, quoniam Britanniæ expeditionem nondum susceperat. Antiquariæ rei periti omnes probe sciunt Consulatum semper notatum fuisse secundum numerum postremi initi Consulatus ; sicque semper observari in monumentis publicis, etiamsi Imperatores illo anno Consules non essent, sicque inscribi solere semper, donec alterius anni Consulatum inirent, vel usque ad mortem, si nullus alius sequeretur Consulatus.

Verba sequentia sunt CVRANTE L. P. POSTVMO LEG. AVGG. P. P. Lucius ergo Postumus hujus erigendæ columnæ curam suscepit. Quid porro significet P. post L. positum ignoratur. L. certissime significat Lucius, estque illud vulgarissimum prænomen. P. vero sequens est haud dubie nomen, quod nonnisi divinando legi potest; non licet hoc modo legere *Publius*, aliud enim prænomen esset, & unum tantum prænomen semper apponebatur. *Legato Augustorum.* Erant sub Augustis Legati Legionum, missi ut Legiones regerent ipsisque imperarent ; & Legati quoque Provinciarum, Africæ verbi gratia, Aquitaniæ Nar-

ceux-ci


COLONNE MILLIAIRE DE SEVERE
XLV. Pl. du Tom. II
IMP.CAES.L
SEPTIMIO.SE
VERO.PIO.PER
TINACE.AVG.AR
BICO.ADIABENIC
PARTHICO.MAX
P.P.COS.IIII.ET.IMP.CAES
M.AVRELIO.ANTONI
NO.PIO.FELICI.AVG
POSTVMO.LEG.AVG
P.P.AB.AVG.SVESS
LEVG.VII

ceux-ci étoient envoyés pour gouverner les Provinces. Le nom de la Province est le plus souvent exprimé, d'autres fois il n'en est point fait mention, sur-tout lorsque l'Inscription indique d'ailleurs quelle est la Province, comme celle-ci fait. Le PP. qui vient après s'explique différemment suivant le sens de l'Inscription. Il se prend quelquefois pour *propria pecunia*, ou pour *pecunia publica*, qui ne viendroit pas mal ici; il se met aussi pour *præpositus*. Je le prendrois ici plus volontiers pour *proprætore*. Dans le laborieux index que Scaliger a fait pour le trésor de Gruter, il y a dans la lettre L une quantité surprenante d'Inscriptions marquées pour cette clause, *Legatus Augusti pro prætore*, pour ceux qu'on envoyoit Légats, & dans les notes abrégées du même Index on trouve p. p. pour *proprætore*. Les Propreteurs étoient envoyés dans les Provinces pour tenir la place de Preteurs, comme le nom le porte; quoiqu'ils eussent presque la même puissance que les Proconsuls, ils n'avoient pas la même diginité. Les Proconsuls avoient comme les Consuls, douze Licteurs portant des faisceaux & des haches, au lieu que les Propreteurs n'en avoient que six.

Ab Augusta Suessionum Leuga Septima. Augusta Suessionum est Soissons, comme *Augusta Veromanduorum* S. Quentin, *Augusta Helviorum* Viviers, & un grand nombre d'autres. *Leuca*, *Leuga* ou *Leuva* est une mesure Gauloise, dit Hesychius, λεύγη μέτρον τι γαλακτικόν. Cette lieuë étoit de quinze cent pas, selon Isidore & Ammien, qui dans son seiziéme livre dit que quatorze lieuës *leucæ* font vingt & un mille. Mais il y a de grandes questions sur l'étenduë du mille, dans laquelle je n'ai pas dessein de m'engager. Je dirai seulement qu'il y a en Italie beaucoup de difference entre les milles, ceux de Rome sont bien plus petits que ceux des Provinces éloignées, comme la Lombardie & d'autres: tout de même que les lieuës d'autour de Paris sont bien plus petites que celles des Provinces de France. Trois mille de Rome font à peine une petite lieuë de Paris. Nous comptons quatre lieuës de la Porte de la Conférence à Versailles, on compte de la Porte de S. Jean de Rome à Frescati douze milles marqués par autant de pierres milliaires. Ces douze milles à trois milles par lieuë feroient quatre lieuës. Il y a pourtant plus loin, si je ne me trompe, de la Porte de la Conférence à Versailles, que de la Porte de S. Jean de Rome à Frescati. Un carrosse à six chevaux qui vont

---

bonensis. Hi vero ad Provincias regendas mittebantur. Provinciæ autem nomen in monumentis plerumque exprimitur; aliquando etiam tacetur, idque cum maxime ex inscriptione indicatur aliunde quænam sit illa Provincia, id quod in hac observatur. PP. sequens varie explicatur habita ratione sensus, quem præ se fert inscriptio. Aliquando explicatur *propria pecunia* aut *pecunia publica*; quæ interpretatio hic quadrare potest; aliquando intelligi debet *præpositus*; verum hic Proprætorem potius interpretater. In laborioso illo indice quem Josephus Scaliger thesauro Gruteri apparavit in littera L. numerus ingens occurrit inscriptionum, ubi hæc clausula, *Legatus Augusti Propratore* exprimitur; iis videlicet qui ab Augustis Legati mittebantur; atque in notis abbreviatis ejusdem indicis P. P. occurrit *Propratore*. Proprætores in Provincias mittebantur, ut Prætorum loco essent, ut ipsum nomen sonat. Etiamsi eadem pene potestate essent qua Proconsules, non eadem tamen dignitate fruebantur. Proconsules ut & Consules duodecim lictores habebant qui fasces & secures gestabant; Proptæctores vero sex tantum.

Ab Augusta Suessionum leuga septimà. Augusta Suessionum ea est quæ hodie *Soissons* dicitur, ut Augusta Veromanduorum est Sancti Quintini civitas, & Augusta Helviorum ea quæ hodie *Viviers* dicitur, & aliæ multæ; leuca, leuga vel leuva est mensura spatii Gallica, λεύγη μέτρον τι γαλακτικόν, inquit Hesychius. Hæc porro leuca mille quingentorum passuum erat secundum Isidorum & Ammianum Marcellinum, qui libro sextodecimo ait quatuordecim leucas viginti & unum milliare efficere. Verum de milliaris spatio vero multæ controversiæ moventur; quas in medium afferre non libet. Hæc tamen dicam, in Italia magnum inter milliaria discrimen observari: Romana milliaria multo breviora sunt aliis multis quæ in Provinciis Italiæ remotioribus observantur, ut sunt Longobardia & aliæ; quemadmodum etiam leucæ circa Lutetiam longe minores sunt, quam in cæteris Franciæ Provinciis. Tria milliaria Romana vix leucam Parisiensem efficiunt. Quatuor leucas numeramus à Porta *Conferentiæ*, ut vocant, Versalias; duodecim vero milliaria numerantur à Porta S. Joannis Romana Tusculum, quæ milliaria singula suis notantur lapidibus milliaribus. Hæc duodecim milliaria quatuor leucas Parisinas, siquidem tria milliaria pro singulis leucis numeres, efficiunt. Attamen plus est itineris, ni fallor, à Porta *Conferentiæ* Versalias, quam à Porta Sancti Joannis Romana Tusculum. Currus sex equis junctus gradu con-

au trot arrive en une heure de Frescati à la Porte S. Jean, ce qu'on ne sçauroit faire de la Porte de la Conférence à Versailles, à moins qu'on n'aille au grand galop. On en fit l'expérience au pari fameux qui se fit en 1698.

---

citato quidem euntibus, sed non currentibus intra [illegible] à Porta S. Joannis Romana Tusculum [illegible] entat; illud vero præstari minime potest à Porta *Conferentiæ* Versalias, nisi equi concitatissimo cursu properent. Hujusce rei experimentum factum est, sponsione data, anno 1698. quæ res per totam ferme Europam pervagata est.

CHAPITRE VIII.

Colomne milliaire de Vic sur Aine.

PL. XLVI. L'Autre colomne milliaire qui est dans la cour du Château de Vic sur Aine, appartenant à M. l'Abbé de S. Medard lez Soissons, est à-peu-près de la hauteur d'un homme : l'Inscription n'a rien souffert de l'injure du temps; la voici tout au long.

Imperatore Cæsare Marco Aurelio Antonino Pio Augusto, Britannico, Maximo, Tribunitia potestate decimum quartum, Imperatore secundum, Consule tertium, patre Patriæ, Proconsule, ab Augusta Suessionum leuga septima; c'est-à-dire, *Sous l'Empereur César Marc-Aurele Antonin le pieux, l'Auguste, le Britannique, le très-grand, en son quatorziéme Tribunat, ayant la qualité d'Imperator pour la seconde fois, de Consul pour la troisiéme fois, pere de la Patrie, Proconsul. Septieme lieuë depuis Soissons.*

Toutes les notes que nous voyons ici concourent avec l'an de Jesus-Christ 211. c'étoit l'an premier de l'Empire de Caracalla, qui s'appelloit M. Aurele Antonin, pour se faire honneur du nom du Philosophe Marc Antonin, ou Marc-Aurele, le plus excellent Empereur qui fut jamais, & le moins ressemblant à Antonin Caracalla, qui ne s'est jamais fait connoître que par des mauvais côtés. Cette colomne qui marque la septiéme lieuë comme l'autre, fut apparemment mise en sa place d'abord après la mort de Severe, afin que Caracalla s'y trouvat le premier & seul. L'une & l'autre colomne pourroit bien avoir été placée auprès du Château de Vic sur Aine, qui est à trois lieuës & demi de Soissons; ce qui feroit sept lieuës de demi lieuë chacune, telles qu'étoient les lieuës de ce temps-là, comme nous venons de dire. La colomne paroît creuse en haut. On a peine à deviner pourquoi on les faisoit creuses. Le grand trou que

---

CAPUT VIII.

Columna milliaria in vico ad Axonam reperta.

Altera columna milliaris quæ in vico ad Axonam habetur, visitur in Castelli atrio subdiali, quod Castellum est Abbatum Sancti Medardi Suessionensis & prope Suessionas situm est, æquat autem circiter viri staturam. Inscriptio nihil ex injuria temporum labefactata fuit. En illam integram suisque numeris omnibus absolutam.

Imperatore Cæsare Marco Aurelio Antonino Pio Augusto, Britannico, Maximo, Tribunitia potestate decimum quartum, Imperatore secundum, Consule tertium, patre Patriæ, Proconsule, ab Augusta Suessionum leuga septima.

Notæ omnes quas in hac inscriptione conspicimus cum anno Christi 211. concurrunt. Hic erat annus primus Imperii Caracallæ, qui M. Aurelius Antoninus appellari voluerat, honori sibi ducens, si Philosophi illius Imperatoris Marci Antonini vel Marci Aurelii nomine vocaretur, qui Imperator omnium qui unquam fuerant, excellentissimus erat, omniumque remotissimus a Caracallæ moribus, quem quavis ex parte consideres, æque improbum comperias. Hæc porro columna quæ septimam leucam ut & præcedens notat, fortassis, ut quidem conjectare licet, in locum præcedentis substituta fuit statim post mortem Severi, ut ibi Caracalla primus & solus commemoraretur. Utraque columna prope castrum Vici ad Axonam locari potuit, qui ab Augusta Suessionum tribus leucis & dimidia distat. Id quod septem leucas efficeret, si dimidiam pro leuca habeas, quales erant illius ævi leucæ, ut modo diximus. Columna superne excavata est, qua vero de causa vix divinare possis. Foramen illud magnum quod in illa

l'on voit ſur celle-ci qui occupent preſque toute la largeur de la colomne, affoiblit beaucoup la conjecture de ceux qui croyent que la précédente a été percée par le haut pour y ficher une croix. Ce ſont des choſes dont il ſera toûjours difficile de donner raiſon, à moins que quelque monument nouvellement déterré ne nous inſtruiſe là-deſſus.

On m'a dit depuis peu qu'on a encore trouvé d'autre colomnes milliaires ſemblables dans le Soiſſonois, & auprès des lieux où celles-ci ont été découvertes. Il n'eſt point d'année où l'on ne déterre dans le Royaume quelque monument conſidérable. Il ſeroit à ſouhaiter qu'on eut plus de ſoin de conſerver ces pierres nouvellement découvertes, qu'on n'en a eu juſqu'à préſent.

La colomne qu'on voit auprès de celle-ci fut deſſinée & publiée par Gabriel Simeoni au ſeiziéme ſiécle. Il ne paroît pas par l'Inſcription qu'elle ait été miſe comme une colomne milliaire. Il n'eſt pas aiſé de dire à quelle fin elle a été miſe; l'Inſcription porte qu'elle a été érigée en l'honneur de l'Empereur Adrien. Voici comment on doit la lire : *Imperator Cæſar Divi Trajani Parthici filius, Divi Nervæ Nepos Trajanus Hadrianus.* Le ſens eſt ; *l'Empereur Céſar Trajan Hadrien, fils de Trajan le Parthique, petit-fils de Nerva.* Hadrien étoit fils de Trajan par adoption, de même que Trajan étoit fils adoptif de Nerva. C'eſt en ce ſens qu'Hadrien ſe dit petit-fils de Nerva.

ſuperne vides, quodque pene totam columnæ amplitudinem occupat, conjecturam de præcedentis foramine prolatam admodum debilitat, eorum videlicet qui putabant ideo ſuperne perforatam fuiſſe, ut ibi Crux infigeretur. Harumce porro rerum cauſam explorare difficile erit, donec aliquod monimentum rei veritatem edoceat

Nuper dictum mihi fuit multas alias his ſimiles columnas repertas fuiſſe in Sueſſionenſi regione & in vicinis locis. Vix aliquis annus elabitur, quo aliquod eximium monumentum in hujus Regni finibus non eruatur : optandum prorſus eſſet, ut majori cura iſtæc quæ quotidie eruuntur, quam præterito ævo aſſervarentur.

Columna quæ prope illam Sueſſionenſem depicta viſitur, delineata publicataque fuit decimo ſexto ſæculo per Gabrielem Simeonem. Ex inſcriptione vero argui videtur illam non pro columna milliaria poſitam fuiſſe. Neque facile eſt divinare quo ſcopo illa erecta fuerit. Ex inſcriptione liquet erectam fuiſſe in honorem Imperatoris Hadriani. Sic autem legenda illa eſt : *Imperator Cæſar divi Trajani Parthici filius, divi Nervæ nepos, Trajanus Hadrianus.* Hadrianus per adoptionem filius erat Trajani, quemadmodum & Trajanus filius Nervæ, & illo ſenſu ſeſe Hadrianus Nervæ nepotem vocat.



CHAPITRE IX.

Colomne milliaire d'Arles.

La colomne milliaire d'Arles ſe trouve dans le manuſcrit de M. de Peireſc de la Bibliotheque du Roi ; l'Inſcription en a été donnée par Bergier en ſon livre des grands chemins de l'Empire p. 463. & depuis par Spon dans ſes Miſcellanea p. 166 qui dit qu'il l'a tirée des manuſcrits de Scaliger & de Knibb. Tous deux l'ont donnée aſſez correctement. M. de Peireſc a deſſiné, quoique groſſierement, la colomne, & y a mis cette note : *Columna lapidea palmorum duodecim, circumferentiæ palmorum quinque & ſemis in ædibus Vallenſibus Arelate. La colomne eſt de pierre, elle a douze palme de haut, & cinq palmes & demi de circonférence ;* mais comme il en a éclaté une piéce du haut en-bas qui lui a ſans doute fait perdre un peu de ſa groſſeur, nous pouvons mettre environ ſix palmes de circonférence, c'eſt-à-dire, qu'elle aura huit à neuf pieds de hauteur, environ quatre pieds de circonférence, & ſeize à dix-huit pouces de diamétre ; l'Inſcription ſe doit lire ainſi à mon avis : *Salvis Dominis noſtris Theodoſio & Valentiniano pio, felice, victore & triumphatore ſemper, Auguſto XV. .. Conſularis vir inluſtris Auxiliaris, Præfectus Prætorio Galliarum de Arelate Ma (ſſiliam) milliaria poni ſ (uſcepit.)*

Milliare paſſuum primum.

C'eſt-à-dire que ſous l'Empire de Theodoſe & de Valentinien, pieux, heureux, toûjours vainqueur & triomphant, Auguſte XV... Auxiliaris, homme Conſulaire & illuſtre, Préfet du prétoire dans les Gaules, a fait mettre les pierres milliaires depuis Arles juſqu'à Marſeille.

Milliaire premier.

Sur tout ceci il y a bien des difficultés, & qui ne ſont pas aiſées à réſoudre. *Salvis D D N N Theodoſio & Valentiniano. Noſſeigneurs les Empereurs Theodoſe & Valentinien étant en bonne ſanté.* Les deux D & les deux N ſe mettent en ſtyle d'Inſcriptions & de médailles, quand il y a deux Empereurs. Ce Theodoſe eſt celui qu'on appelle le jeune, qui commença à être Empereur d'Orient avec ſon pere Arcadius en 402. & à régner ſeul en l'an 408. que ſon pere mourut.

CAPUT IX.

Columna milliaris Arelatenſis.

Milliaris columna Arelatenſis in MS. v. cl. Peireſcii in Bibliotheca Regia habetur. Inſcriptio à Bergierio data fuit in libro de magnis Imperii viis p. 463. & poſtea ab Sponio Miſcellaneorum p. 166. qui dicit ſe illam eruiſſe ex MSS. Scaligeri & Knibbii. Ambo illam ſat emendatam dederunt. Peireſcius vero columnam ipſam, etſi non eleganter, delineavit, hancque ibidem appoſuit notam. *Columna lapidea palmorum duodecim, circumferentiæ palmorum quinque & ſemis, in ædibus Vallenſibus Arelate.* Sed quoniam pars quædam à ſummo ad imum dirupta eſt, quæ haud dubie ambitus partem quamdam ſuſtulit, ſex palmos circiter in ambitu ipſi dare poſſumus. Erit itaque octo vel novem pedum altitudine : quatuor circiter pedum ambitus erit, diametrum vero ſexdecim vel octodecim pollicum. Inſcriptio ſic, ut puto, legenda eſt. *Salvis Dominis noſtris Theodoſio & Valentiniano pio, felice, victore & triumphatore ſemper, Auguſto XV... Conſularis vir inluſtris Auxiliaris Præfectus Prætorio Galliarum de Arelate Ma [ſſiliam] milliaria poni ſ [uſcepit.]*

Milliare paſſuum primum.

In hæc omnia multæ oriuntur difficultates quas non ita facile ſolvas. *Salvis D D N N Theodoſio & Valentiniano.* D. & N. repetita in monimentis & inſcriptionibus ponuntur cum duo ſunt Imperatores. Hic Theodoſius, ille eſt quem juniorem appellant, qui Orientis Imperator eſſe cum patre cœpit anno 402. & ſolus regnare anno 408. quo pater ejus Arcadius


XLVI. Pl. du Tom. IV.
COLONNES
IMPCAES
MAVRELIOAN
TONINOPIO
AVGBRITANNI
COMAXTRIB
POTXIIIIIMPII
COSIIIIPPPRO
COSABAVG
SVESSLEVG
VII
IMP.CAES DIVI
PART.FIL DIVI.N
NEP.TRAIANVS
DRIANVS
Du chasteau de Va sur Aisne
33
Simeoni
Tom IV 46

En 425. il éleva à l'Empire Valentinien III. fils de Conſtance & de Placidie, ſœur d'Arcadius & Honorius ; de ſorte que c'eſt depuis cette année que la colomne milliaire a été miſe.

Pio, felice, victore ac triumphatore ſemper. Il ſembleroit qu'ayant mis les deux Empereurs, il faudroit lire *piis, felicibus, victoribus ac triumphatoribus ſemper*, ou que ſi ces qualités ne ſe devoient entendre que d'un, il faudroit, ſelon les régles de la Grammaire, qu'il n'y eut qu'un Empereur nommé. Mais s'il falloit lire *piis, felicibus, &c.* les lettres ſeroient repétées *pp. ff.* & d'ailleurs ce qui ſuit Aug. XV. Auguſte pour la quinziéme fois, ne ſe peut entendre que d'un, c'eſt-à-dire, de Theodoſe le jeune qui ſe trouve qualifié Auguſte juſqu'à la dix-huitiéme fois, au-lieu que Valentinien III. ne l'eſt dans les dates que juſqu'à la huitiéme. De-plus, c'eſt Theodoſe le jeune qui déclara Valentinien Auguſte, & par cette raiſon ces titres d'honneur lui doivent appartenir. Cette date, Auguſte pour la quinziéme fois, nous oblige donc à mettre auſſi les qualités qui précédent au ſingulier.

Auguſtus decimum quintum. Cette qualité ſe trouve dans Theodoſe le jeune en l'an de Jeſus-Chriſt 435. & dans Mezzabarba la qualité d'Auguſte XVI. ne lui eſt donnée que l'an 438. & d'Auguſte XVII. l'an 439. de ſorte que s'il ne manque rien dans la pierre, & qu'il faille lire XV. ce ſera l'an 435. ou 436. ou 437. puiſqu'il a eu la qualité d'Auguſte XV. ces trois années. Mais comme XV. ſe trouve à l'extrémité de la ligne où la pierre eſt caſſée, il pourroit bien être tombé un I, & il faudroit lire XVI. ce ſeroit alors l'an de Jeſus-Chriſt 438. & s'il étoit ſauté deux I, ce ſeroit l'an 439. mais cela ne peut tomber en cette année, parce que Avitus étoit alors Préfet dans les Gaules.

Conſularis vir inluſtris Auxiliaris, Præfectus Prætorio Galliarum. De Arelate Maſſiliam milliaria poni ſuſcepit, ou peut-être cet S étoit ſuivi de P. F. ce qui voudroit dire *poni ſua pecunia fecit*; qu'il a fait mettre ces milliaires à ſes frais. Auxiliaris eſt appellé homme conſulaire, titre qu'on donnoit en ces temps-là aux Préfets du Prétoire, & même à d'autres principaux Magiſtrats, quoiqu'ils n'euſſent pas été Conſuls ; il eſt auſſi appelé *inluſtris*, *illuſtre*, titre d'honneur qui fut depuis donné plus fréquemment aux principaux Officiers de l'Empire. *Ma. . . milliaria.* Scaliger ne prenant pas garde qu'il y avoit des points après Ma, l'a joint immédiatement à *milliaria*, & en a fait *Mamilliaria*, prétendant qu'Arelate étoit ici

---

obiit. Anno autem 425. ad Imperium evexit Valentinianum tertium, Conſtantii & Placidiæ ſororis Arcadii & Honorii filium. Ab iſto igitur anno erecta columna fuit.

Pio, felice, victore ac triumphatore ſemper. Cum duo poſiti ſint Imperatores, legendum videretur : *Piis, felicibus, victoribus ac triumphatoribus ſemper*, vel ſi hæc honorifica nomina ad unum tantum pertineant, ſecundum grammaticæ regulam unus tantum Imperator commemorandus erat ; ſed ſi legendum eſſet *piis, felicibus*, &c. litteræ haud dubie repeterentur P P. F F. & aliunde id quod ſequitur AVG. XV. de uno tantum accipi poteſt, de Theodoſio videlicet juniore, qui decies octies Auguſtus in monumentis nominatus occurrit, cum contra Valentinianus octavum ſolummodo Auguſtus reperiatur. Adhæc Theodoſius junior Valentinianum Auguſtum declaravit, atque adeo honorifica nomina ad ipſum pertinere debent. Hæc numeralis nota *Auguſtus decimum quintum* monet ut præcedentia quoque nomina in ſingulari accipiamus.

Auguſtus decimum quintum. Hæc nota in Theodoſio juniore cadit in annum Chriſti 435. in Mezzabarba autem Auguſtus decimum ſextum appellatur Theodoſius junior anno tantum 438. & Auguſtus decimum ſeptimum anno 439. Itaque ſi nihil in lapide defuerit, ac ſi legendum ſit XV. hic erit annus 435. vel 436. vel 437. quandoquidem hiſce tribus annis Auguſtus decimum quintum fuit. Sed quia XV. in fine verſus occurrit, ubi lapis fractus eſt, fortaſſis I exciderit, & legendum tunc eſſet XVI. eſſetque tunc annus Chriſti 438. & ſi duo I excidiſſent, eſſet annus 439. ſed in hunc annum cadere non poteſt, quia tunc Avitus Præfectus in Galliis erat.

Conſularis vir inluſtris Auxiliaris Præfectus Prætorio Galliarum. De Arelate Maſſilliam milliaria poni ſuſcepit. Forte autem poſt S. ſequebatur P. F. id quod ſic eſſet legendum, *poni ſua pecunia fecit.* Auxiliaris, Conſularis vir vocatur, quod honorificum nomen illis temporibus Præfectis Prætorii dabatur, etiamque aliis præcipuis Magiſtratibus, etiamſi Conſules non fuerant. Vocatur quoque *inluſtris*, qui titulus deinceps longe vulgatior frequentiorque fuit, primiſque Imperii Miniſtris dabatur. *Ma ... milliaria.* Scaliger non advertens poſt *Ma* adeſſe puncta, *Mamilliaria* legit, putavitque Arelaten hic *Mamilliariam* appel-

Misc. p. 166. appellée *Mamilliaria*. Spon qui s'est apperçu de la faute, n'a guére mieux rencontré, quand il a dit après Guyran, qu'il falloit vraisemblablement lire, *de Arelate matre milliaria*, prétendant qu'Arles devoit être appellée la mere des Milliaires, parce qu'ils y prenoient leur origine & qu'on les commençoit-là. Mais l'explication la plus naturelle, & la maniere dont je crois qu'il faut lire est, *de Arelate Massiliam milliaria poni suscepit*, ou peut-être mieux *poni S. p. f. poni sua pecunia fecit*, il a fait mettre à ses propres frais des pierres milliaires depuis Arles jusqu'à Marseille. On trouve dans Gruter p. LIX. 10. ces lettres *S. p. f.* pour *sua pecunia fecit*.

M. P. I. Spon, croit qu'il faut lire ainsi *milliare posuit primum*, ne prenant pas garde que *poni* est immédiatement devant, & que la répétition seroit vicieuse. J'aime mieux lire *milliare passuum primum*. Peut-être faut-il lire *milliarium*, comme dans l'Inscription de la porte majeure de Rome.

---

lari. Sponius vero qui erratum animadvertit, non melioribus auspiciis aliam tentavit explicandi viam, ac post Guyrannum dicit Misc. p. 166. probabiliter legendum esse *de Arelate matre milliaria*, existimans Arelaten milliarium matrem dici, quia ibi milliaria originem ducebant & incipiebant. Sed magis ad rem, ut mihi quidem videtur, dici potest ita legendum esse: *de Arelate Massiliam milliaria poni suscepit*, aut forte melius, *poni S. P. F. poni sua pecunia fecit*. Apud Gruterum p. LIX. 10. hæ litteræ S. P. F. occurrunt & leguntur, *sua pecunia fecit*.

M. P. I. Sponius putat sic legendum esse, *milliare posuit primum*: neque animadvertit *poni* jam ante usurpari, repetitionemque illam vitiosam esse. Libentius legerem *milliare passuum primum*. Forte autem legendum fuerit *millarium*, ut in portæ Majoris inscriptione Romæ.




COLONNE MILLIAIRE D'ARLES.

SALVIS DDNN
THEODOSIO·ET
VALENTINIANO
P·F·V·AC TRIVM
SEMPER·AVG·XVI
CONS·VIR INL
AVXILIARIS PRA
PRAETO·GALLIA
DE ARELATE·MA
MILLIARIA·PONI·

M·P·I

34

Ms. de Mr. de Peiresc.



LIVRE SIXIEME.

Navigation, Ports, Phares, Tours octogones.

CHAPITRE PREMIER.

Navires ſur dix médaillons du Roi.

L'Antiquité qui nous fournit ſur beaucoup de ſes parties une ample matiere, nous a tranſmis peu de monumens touchant la navigation, & de ceux-là il y en a peu qui nous donnent des éclairciſſemens conſidérables. Les médailles nous montrent aſſez ſouvent des Navires, mais dans un ſi petit eſpace qu'on a peine à y diſtinguer la forme des vaiſſeaux & les parties qui les compoſent. Comme les médaillons du Roi ſont conſidérablement plus grands que les médailles de grand bronze, j'ai cru faire plaiſir au Lecteur, ſi je lui repréſentois ici tous ceux dont les revers ont des Navires. En voici un ſur un revers d'Adrien, où l'on diſtingue fort bien la vergue & les cordages. L'Empereur eſt ſur la pouppe dans une eſpece de chambre, qui par le haut ſe termine en arc; il étend le bras comme pour commander: le tillac eſt tout couvert de gens, ſoit matelots, ſoit ſoldats, & au haut de la prouë un homme armé d'une pique tient un pied ſur le plus haut bord. L'éperon eſt fait comme la tête d'un monſtre. Pl. XLVIII.

Un medaillon d'Antonin le pieux, frappé à Cyzique nous montre un Navire dont la prouë eſt extraordinairement élevée, le *cheniſque* ornement de la prouë recourbé juſque bien avant dans le vaiſſeau, eſt de forme particuliere. L'Empe-

---

LIBER SEXTUS.

Navigatio, Portus, Phari, Turres octangulæ.

CAPUT PRIMUM.

Naves in decem Regiis nummis maximi moduli.

Antiquitas quæ in multis ſui partibus amplam materiam ſuppeditat, pauca circa navigationem monumenta tranſmiſit. Ex illis vero quæ hactenus videre licuit, pauca nobis magni momenti notitias ſuppeditant. Nummi non raro naves exhibent; verum in tam modico ſpatio, ut vix ibi forma navium percipi poſſit, multoque difficilius percipiatur ejus partium figura. Cum porro nummi Regii maximi moduli, quos vulgo *medaillons* vocant, longe majores ſint etiam iis nummis æreis quos magni moduli vocant; putavi non ingratum lectori fore, ſi hic omnes hujuſmodi regios nummos proferrem, qui in poſtica facie naves repræſentant. Is quem primum damus, Hadriani eſt, in cujus poſtica facie navis, in qua probe diſtinguuntur antenna atque rudentes. Imperator in puppi viſitur in caſula ibidem concinnata quæ ſuperne in arcum ſive fornicem terminatur, brachium extendit ac ſi quidpiam imperet. Cataſtroma totum opertum eſt militibus, nautis, aliiſve vectoribus. In ſuprema prora vir haſta armatus pedem ſuper altiorem oram immittit. Roſtrum monſtri cujuſpiam capiti ſimile eſt. Hadrianus porro Imperator qui libenter peregrinabatur & Imperii Provincias peragrabat, ſæpius maria trajecit, & hic in navi poſitus ſuſpicitur.

Nummus Antonii Pii Cyzici percuſſus, navim exhibet, cujus prora ſupra modum erigitur. Cheniſcus puppis ornamentum, reductus & incurvatus, intra navim multum retrahitur, eſtque formæ ſingularis.

reur eſt dans la même ſituation que ſur le médaillon précédent. Deux ſignes militaires s'élevent à ſes côtés. Je ne ſçai à quel uſage ſont ces deux grandes prouës qui s'élevent de la pouppe ; ſur l'extrémité de la prouë, un homme joue de la trompette.

Le médaillon ſuivant eſt frappé à Cyzique ; c'eſt un revers de Fauſtine la jeune repréſentée en Proſerpine conſervatrice des Cyziceniens : elle commande auſſi dans la chambre capitaineſſe, ayant un ſigne militaire à chaque côté. Sur la prouë eſt un Triton qui jouë du cor, & tient je ne ſçai quoi d'une main.

Un autre médaillon frappé auſſi à Cyzique repréſente l'Empereur Commode, & montre au revers un navire allant à pleines voiles. Le Commandant qui eſt apparemment l'Empereur, eſt aſſis ſur la pouppe, & a un ſigne militaire à chaque côté.

Le ſuivant de Septime Severe n'a ni voiles ni mât ; il n'a d'ailleurs rien de particulier, ſinon cet homme qui ſe tient debout ſur la prouë, & qui ſemble commander aux rameurs. Deux médaillons de Caracalla ont de grandes voiles enflées ; l'un eſt frappé à Epheſe, & l'autre à Tarſe. Des deux médaillons d'Alexandre Severe, l'un eſt remarquable par la diſpoſition de ſes voiles, & par la baluſtrade qui régne ſur les bords. Le dernier médaillon a trois ſignes militaires, & ſur la prouë une Victoire qui tient une couronne de laurier d'une main, & une palme de l'autre.

Imperator eodem eſt ſitu quo in præcedenti nummo. Duo ſigna militaria ad ejus latera hinc & inde eriguntur ; neſcio autem cui ſint uſui illæ duæ magnæ proræ quæ ex puppi exeunt. In extrema prora vir tuba ludit.

Nummus ſequens Cyzici percuſſus poſticam partem exhibet Fauſtinæ junioris, quæ Proſerpinæ more, nempe Cyzici conſervatricis, repræſentatur. Fauſtina autem in illa ceu caſula Imperatori deſtinata imperat & ipſa, & ſignum militare in utroque latere habet. In prora Triton cornicinem agit, cornu ſcilicet ludit, alteraque manu neſcio quid tenet.

Alius nummus Cyzici quoque percuſſus Imperatorem Commodum exhibet, & in poſtica facie navim monſtrat paſſis velis mare ſulcantem. Qui imperat, videtur autem eſſe Commodus, in puppi ſedet, & ſignum militare in utroque latere habet.

Sequens nummus Septimii Severi nec vela, nec malum habet : nihil autem præterea quod obſervari mereatur, niſi fortaſſe vir qui in puppi ſtat & remigibus imperare videtur. Duo Caracallæ nummi magna vela exhibent à ventis inflata. Alius Epheſi, alius autem Tarſi percuſſus eſt. Ex duobus Alexandri Severi nummis alius ſpectabilis à velis ſuis eſt & à cancellis, qui totam navis oram exornant undique. Poſtremus nummus tria habet ſigna militaria, & ſupra proram Victoriam exhibet, quæ lauream coronam altera manu tenet, altera vero palmam. An ut aliquam navalem victoriam ſignificet ?



CHAPITRE



Medaillons du Roi.

CHAPITRE II.

I. Le Port de Frejus tiré d'un Manuſcrit de M. de Peireſc. II. Autre Port tiré d'une pierre gravée. III. Inſcription du Procureur du Port d'Oſtie.

I. UN Manuſcrit de feu M. de Peireſc, qui eſt préſentement à la Bibliothéque du Roi, nous fournit le plan que ce grand homme avoit levé ou fait lever de l'ancien Port de Frejus. Il y a marqué les meſures telles qu'on les employoit à Aix ſa patrie. La canne eſt la grande meſure de ce pays-là, elle a ſix pieds & deux lignes: j'en avertis ici, parce que j'ai laiſſé dans l'eſtampe les cannes telles que les a miſes Monſieur de Peireſc, ſans y rien ajouter ni diminuer. Ce Port étoit preſque triangulaire: il avoit en ſa plus grande longueur environ trois cent cinquante cannes, en le prenant depuis une des tours de l'entrée, & preſqu'autant en ſa plus grande largeur. A ſon entrée étoient deux tours, une de chaque côté, dont on voyoit encore alors les maſures; c'étoit pour défendre l'abord. Le canal de l'entrée a environ 80. cannes de largeur. On voyoit encore au milieu du port les maſures d'une Forteresſe d'où l'on pouvoit, avec des balliſtes & des machines de guerre, défendre l'entrée du port, ou du moins empêcher ceux qui auroient forcé le paſſage, de ſe tenir en ſûreté dans le port. Du côté d'Occident à l'extrémité du port, on voit une porte ſur le bord du port, qui eſt peut être quelque reſte de fortifications. Le port eſt préſentement à ſec, & aſſez avant dans les terres, la mer s'étant retirée-là comme en bien d'autres endroits. PL. XLIX.

II. Une pierre gravée nous montre un autre port avec ſon phare. Il n'y a préciſément que l'enceinte du port & la roche ſur laquelle eſt bâti le phare. Le terrein qui étoit autour du port, & qui en fait ordinairement la ſûreté, n'eſt pas marqué. Le port eſt bon quand il eſt environné de montagnes ou de collines qui le mettent à couvert de certains vents. Nous ne ſçavons pas au reſte ſi c'eſt quelque port particulier qu'on a voulu mettre ici, ou ſi l'on y a mis un port fait d'imagination, comme font ſouvent ceux qui deſſinent ou gravent des PL. après la XLIX.

CAPUT II.

I. Forojulienſis portus vetus ex MS. cl. v. Peireſcii eductus. II. Portus alius ex gemma eductus. III. Inſcriptio Procuratoris portus Oſtienſis.

I. Codex MS. D. de Peireſc qui eſt hodie in Bibliotheca Regia chirographiam exhibet antiqui portus Forojulienſis, quam ipſe vir eximius Peireſcius vel concinnaverat vel concinnari curaverat. Menſuras autem adhibuit quales in patria ſua Aquis Sextiis uſurpabantur. Grandior menſura in iſtis regionibus canna eſt, quæ ſex pedes regios noſtros duaſque lineas exhibet. Poſtquam hæc monui, menſurarum notas quales poſuit Peireſcius, reliqui, nihilque addidi vel minui. Erat autem portus ille pene triangularis. Qua longius autem protendebatur, trecentas circiter & quinquaginta cannas habebat, ſi metiendi initium duxeris ex una ex turribus quæ ad oſtium tutelæ cauſa erectæ fuerant; qua latior autem portus erat, non multo minus extendebatur. In portus oſtio duæ turres quaſi propugnacula erigebantur, quarum tempore Peireſcii adhuc rudera viſebantur, eæ ab ingreſſu adverſarias naves arcere poterant. In medio quoque portu arx quædam ſive munitio erat, unde cum balliſtis & machinis bellicis poterant etiam hoſtium naves ab ingreſſu arcere, vel eos qui turribus ſive militibus propugnantibus fruſtra obnitentibus prætergreſſi eſſent, repellere & amovere, atque impedire ne in portu conſiſterent. Oſtium porro ad Orientem verſum octoginta circiter cannas latitudinis habet. Ad partem Occidentalem porta quædam viſebatur quæ fortaſſis ex alio quopiam munimento reſidua eſt. Portus hodie in ſolo arido eſt, quoniam mare ab ora illa ut & ab aliis bene multis receſſit.

II. Inſculpta gemma alium nobis portum exhibet cum pharo ſua. Solus tantum portus iſtius ambitus adeſt, necnon rupes ſupra quam ſtructa eſt pharus, vicinus locus & terra portum ambiens & ſecuritatem pro ſitus ratione ipſi præſtans, hic non exprimitur. Portus eſt commodus & opportunus, quando montibus cingitur vel collibus qui ventorum quorumdam impetum arceant. Ignoramus autem utrum portum quempiam vere exiſtentem hic repræſentare artifex voluerit, vel ex imaginatione mera portum commentus, ipſum ad arbitrium ſumma ſculpſerit, ut

paysages qui ne sont que dans leur idée. On voit d'un côté un grand demi cercle fabriqué & composé de poutres & de pierres qui borde ce Port d'un côté. Presque à l'opposite du demi cercle s'éleve sur une roche droite, ronde & escarpée, un phare rond. Le premier étage du phare, plus large en-dehors à l'ordinaire que le second, laisse une gallerie menagée au bas du second étage plus étroit que le premier, & au-haut de ce second étage, il y a encore une autre gallerie, & le reste se termine en pointe. Ce phare n'est guére haut, parcequ'il est déja sur une roche fort haute & fort escarpée.

A l'entrée du Port d'un côté il y a un pêcheur qui pêche à la ligne : il se tient dans une barque. On voit dans le même Port trois vaisseaux faits grossierement, & qui n'ont rien de bien remarquable.

Quod ultimum autem affert digniſſimus ille Epiſcopus, quodque tamen non ut aſſertum venditat, turrim nempe Magnam turrim rogi ſive conſecrationis vocatam fuiſſe, quod Hadrianus eam deſtinaſſet pro apotheoſi Plotinæ, atque in honorem rogi & cinerum beneficiæ ſuæ ; id certe nihil probabilitatis habere videtur. Nec ſcriptores nec monumenta quidpiam ea in re ſuppeditant, quod vel conjecturam quamdam ſuggerere poſſit.

Turris hic repræſentatur qualis hodieque eſt. Ex ruderibus autem deprehenditur magnificum fuiſſe opus. Magnitudo autem ingens eſt. Inferne, inquit Epiſcopus ille Nemauſenſis, ambitum habet ducentorum quadraginta quinque pedum. Paucæ turres amplitudinis tantæ viſæ hactenus ſunt. Ea forma ſtructa erat, qua veteres phari ſecundum Herodianum, paulo ante allatum in medium, qui ait pharos perinde atque machinas illas funereas Imperatorum plurima tabulata habere, & ſuperiora inferioribus minoris eſſe amplitudinis.

Ichnographia turris, nempe partis ejus inferioris quæ ex terra ſurgit, ſex tantum angulos habet. Verum ſtatim deprehenditur, infimam illam partem ſic factam fuiſſe ut octangulum ædificium ſuſtentaret. Ad unum latus quatuor habet angulos ; ſi autem duo tantum anguli in altero latere ſunt, quod tamen latus æquale habet, hæc ita diſpoſita fuerunt ut turris majus ſpatium occuparet, majoremque faciem præberet in antiquis urbis mœniis, quorum partem conſtituebat. Illud vero ad primum conſpectum ſtatim percipitur. Hæc urbis mœnia hoc loco angulum rectum deſignabant, turriſque alterum anguli latus faciebat. In oppoſito mœniis latere ſcala erat angulum rectum efficiens, duoſque habens graduum ordines qua ad turrim aſcendebatur.



CHAPITRE VI.

I. La Tour octogone du Cimetiere des Innocens de Paris. II. A quel usage elle a pû être.

Pl. LIV. I. LA tour octogone qu'on voit au Cimetiere des Innocens de Paris est aussi de ces anciens temps, & selon les apparences pour le même usage. Une grande preuve qu'elle est d'une antiquité fort reculée, c'est que le premier étage est presque tout enterré. On m'a assuré qu'il y a dix-huit pieds en terre de ce qui paroissoit jadis au-dessus des fondemens ; je n'ai point de peine à le croire, sçachant d'ailleurs que ces sortes de tours & de phares ont ordinairement plus de hauteur au premier étage qu'aux étages plus élevés, comme on a vû dans la description du phare d'Aléxandrie, & dans d'autres phares représentés ci-devant dans la planche du phare de Boulogne. Il faut que le terrein se soit extraordinairement élevé par les ruïnes & les décombres ; & cela ne doit point surprendre après tant d'autres exemples. Le P. Etiennot Procureur Général de notre Congrégation à Rome, faisant creuser fort profondément pour faire un puits dans sa maison vis-à-vis de la petite ruë appellé *il vicolo di san vitale*, trouva à trente pieds Romains sous terre une ruë pavée de l'ancienne Rome, & selon Flaminius Vacca on déterra un peu plus bas auprès de cette petite ruë dans une vigne, un Temple qui étoit tout enterré, & dont on découvrit la voute en bêchant profondément. Le Temple subsistoit tout entier, & n'avoit eu d'autre mal que d'avoir été tout couvert de terre ; en sorte que cette terre se trouvoit dans un plan égal & faisoit une petite plaine.

La tour, en prenant seulement ce qui est sur terre, a quarante-quatre pieds de hauteur jusqu'au globe qui soutient la Croix qu'on y a mise depuis le Christianisme. Cette tour avec les murs n'a en tout que douze pieds de diamétre. Il n'y a d'espace vuide en-dedans, qu'autant qu'il en faut pour un escalier à vis pour monter au plus haut étage de la tour qui est percé de huit fenêtres, une à chaque face de l'octogone. La pointe qui couvre le plus haut étage est aussi octogone.

CAPUT VI.

I. Turris octangula in Cœmeterio Innocentium Lutetiæ. II. Cui esse usui potuit.

I. TUrris illa octangula quæ in Cœmeterio SS. Innocentium Lutetiæ Parisiorum visitur, & ipsa quoque ad prisca tempora illa pertinet, & eidem, ut credere est, usui deputata fuit. Hinc porro ejus antiquitas comprobatur, quod pars ejus infima, quæ in cæteris turribus altior superioribus esse solet, pene tota obruta sit ruderibus atque terra. Dicebant ii qui è vicino domicilium habent, octodecim pedum esse id quod jam maceriis & terra obrutum, olim supra fundamenta eminebat ; ut illud credam facile adducor ; cum maxime sciam hasce turres atque pharos infimam illam partem, ut modo dicebam, cæteris altiorem habere ut in descriptione phari Alexandrinæ supra vidimus, necnon in aliis pharis in tabula superius data repræsentatis. Solum enim vicinum longe altius evasit, neque stupendum est sic evenisse in maximis præsertim urbibus ; cum tot hujuscemodi exempla suppetant. D. Stephanotius Procurator Generalis Congregationis nostræ Romæ, cum putei parandi causa terram altius excavari jussisset prope viculum S. Vitalis, operæ ad 30. à primo solo pedes in viam veterem Romanam inciderunt stratam lapidibus. Atque ut ait Flaminius Vacca Diarii Italic. nostri p. 196. prope eumdem viculum quidam terram fodientes inciderunt in fornicem templi, quod totum obrutum erat, etsi staret, neque aliquid aliud damni passum esset, quam ab incumbente & superne plana terra totum occultaretur.

Turris ut jam supra terram eminet est quadraginta quatuor pedum altitudinis usque ad globum quo crux sustinetur, quæ à Christianismi tempore posita fuit. Turris porro cum muris duodecim pedum diametrum tantum habet. Intus vero id solum spatii vacuum relictum est, quod necessarium erat ad cochleam ibi parandam, qua ad altius turris tabulatum ascenditur. Ibi vero octo fenestræ sunt, singulæ scilicet in singulis octanguli lateribus. Quæ pars suprema turris in acumen vergit, etiam ipsa octangula est.

II. Cette

PLAN DE LA TOUR-MAGNE DE NÎMES



ET DES BATIMENS QUI L'ENVIRONNENT

resident d'Aigrefeuille


TOUR OCTOGONE DU CIMETIERE DES INNOCENS DE PARIS
IIV. Pl. du Tom IV
38

II. Cette tour étoit jadis à la campagne, lorsque l'ancienne Lutece étoit renfermée dans l'Isle du Palais. On ne convient pas de quel usage elle pouvoit être; quelques-uns croyent que c'étoit une espece de guerite, où l'on faisoit garde la nuit lorsque les environs n'étoient que des forêts, où les voleurs & les ennemis auroient pû se cacher. D'autres croyent qu'on tenoit au plus haut étage des feux ou des torches pour éclairer les batteaux qui alloient sur la riviere. On ne peut parler de tout cela que par conjectures & en devinant; & quand on est réduit-là, chacun devine à sa maniere.

II. Turris olim in agris erat, cum prisca illa Lutetia in insula, quam nunc Palatii vocant circumscripta esset. Neque una est opinio circa usum cui destinata turris illa fuerit. Putant quidam speculam fuisse, ubi excubiæ erant, cum vicina loca sylvæ saltusque essent, ubi aut fures aut hostes occultari possent. Alii putant in summa turre ignes vel faces positos fuisse, ut naves & scaphæ in Sequana hac lucis ope cursum dirigerent. Hæc omnia conjectando ac divinando tantum dici possunt, & cum sic tantum res æstimari potest, quisque suo more & arbitrio divinat.

CHAPITRE VII.

La Tour octogone de Montbran près de Matignon en Bretagne.

CEtte tour, dont il ne reste que des masures, est bien moins considérable que les autres: elle est encore, à ce qu'on m'écrit, beaucoup moins ancienne & assez mal bâtie. Mais comme il est important de faire connoître les differentes formes de ces octogones Gaulois, fort anciens dans leur origine, puisque nous en avons vû de faits du temps de Caligula; mais dont quelques-uns ont été bâtis dans des siécles bien plus bas; nous avons jugé à propos de donner le plan seulement de celui-ci, les pans des murs qui restent ne pouvant plus nous donner aucune instruction sur la forme extérieure. Voici la description que m'en a envoyé le P. Prieur de S. Jagut.

On l'appelle la tour de Montbran, nom d'un petit Village dans le territoire duquel elle est bâtie, à trois quarts de lieuë de Matignon, Diocèse de Saint Brieux. Elle est bâtie sur une élévation & sur le roc qui lui sert de fondement au milieu d'une grande platte-forme ou terrasse faite exprès d'environ cent pieds de diamétre, entourée d'une espece de dos d'âne de simple terre gazonnée de deux pieds & demi ou trois pieds de hauteur, en glacis & en talus par le dehors, & en façon de retranchement. On en voit le plan & le contour dans la planche suivante.

La tour est construite à chaux & à sable d'assez mauvaise pierre, telle qu'elle

CAPUT VII.

Turris octangula Montbrani prope Matinionem in Armorica.

TUrris ista cujus parietinæ tantum supersunt, minus spectabilis est quam eæ quas modo descripsimus, atque, ut dicunt, non tam remotæ vetustatis, neque elegantis structuræ; sed cum operæ precium sit istæc octangula Gallica ædificia, origine quidem sua perantiqua, quando sub Caligula Imperatore quædam structa fuere, sed quorum pleraque ad infima sæcula pertinent, in notitiam studiosorum deducere, hujus ichnographiam tantum delineatam publicare decrevimus, cum ea pars murorum quæ stat adhuc & superest, nihil cognitionis possit afferre circa formam exteriorem. Hanc mihi descriptionem misit R. P. Prior S. Jacuti ab aliquo ex Monachis sodalibusque nostris factam.

Turris Montbrani appellatur à quodam viculo in cujus agro visitur tertio à Matinione milliario in Diœcesi Briocensi; in quodam edito loco sita est, atque in rupe fundata. In medio cujusdam aggeris de industria apparati, cujus diametrum est centum circiter pedum, cujus ora circumdatur à quodam ceu munimento cespitio altitudine trium circiter pedum, exteriorem faciem declivem habente, qualem in munitionibus videre est. Hujus etiam aggeris ichnographia est in tabula sequenti.

Turris cum cæmento vulgari structa fuit, ex lapide

s'eſt trouvée ſur les lieux, & au pied même de l'ouvrage : c'eſt une eſpece de caillou gris & brun qui prend fort peu la chaux. Elle eſt octogone en-dehors. Les huit pans ne ſont pas égaux. Il y en a quelques-uns plus grands ou plus petits que les autres. De ces huit pans il y en a quatre qui ont dix pieds & quelques pouces, & les quatre autres entre douze & treize pieds.

Dans l'un de ces pans, qui eſt du côté du midi, il y a une ouverture irréguliere de huit à neuf pieds de hauteur, & ſix à ſept pieds de largeur, au-bas de laquelle on voit encore deux aſſiſes de pierre dure des deux côtés, qui ſont les reſtes d'une porte de trois pieds de largeur, & dont on ne peut plus dire au juſte la hauteur. Ce qui ſurprend un peu, c'eſt que cette porte eſt à huit pieds de hauteur du terrein de dehors, mais au niveau du terrein en-dedans, ſans qu'il y paroiſſe aucune trace d'eſcalier ou de perron pour y monter. La tour étant ſur le roc, il ne peut pas y avoir eu jamais de porte plus baſſe que celle-là.

Dans le même pan, deux pieds au-deſſus de cette porte, il reſte quelques aſſiſes de pierre de taille dure ; c'étoit une fenêtre qui avoit au moins quatre pieds de haut, on n'en peut pas dire la largeur, parce que ce pan eſt ruiné preſque juſqu'à la porte, & qu'un des côtés de la fenêtre a ſauté avec le reſte. Il y avoit dans cette tour quelques autres petites fenêtres.

La tour a encore trente-huit pieds de hauteur du côté du Nord, où il reſte quelques pans preſque dans leur entier, & elle ne paroît pas avoir jamais eu davantage ; il y a encore un reſte de parapet au haut de l'un de ces pans. Elle eſt unie & en droite ligne par-dehors, & du haut en-bas. Les murs ont neuf pieds d'épaiſſeur du côté de la porte, à dix pieds plus haut l'épaiſſeur eſt réduite & diminuée de trois pieds & demi, & le dedans de la tour, ou l'eſpace vuide eſt aggrandi d'autant ; il y a encore une autre réduction de deux pieds & demi ; de ſorte qu'au haut de la tour le mur n'a qu'environ trois pieds d'épaiſſeur.

La tour qui eſt octogone en-dehors eſt ronde en-dedans, & ſi peu ſpacieuſe, qu'elle n'a guére que quinze ou ſeize pieds de diamétre ; elle étoit diviſée en deux étages avec deux planchers de bois à dix pieds de hauteur l'un de l'autre. Il ne paroît pas qu'il y ait jamais eu de voûte.

---

non tam eleganti nec tam ſolido, quales eruuntur in loco ipſo atque in turris pede, eſtque lapis cinereus & obſcurus qui calci non facile hæreat. Turris exterius octangula eſt ; octo autem ejus facies æquales non ſunt, aliæ nempe majores, aliæ minores. Ex octo namque illis quatuordecim pedes & pollices aliquot habent, & quatuor reliquæ duodecim tredecimve pedum ſunt.


In illa turris facie quæ meridiem reſpicit, eſt oſtium jam non ad amuſſim factum & patens octo novemve pedum latitudinis, altitudinis vero ſex aut ſeptem pedum, in cujus ima parte hodieque viſuntur utrinque duo ordines ex duro lapide, quæ reliquiæ ſunt portæ cujuſdam, cujus latitudo trium pedum erat, altitudinem autem jam explorare nequeas. Quod autem mirum videatur, hujus portæ pars inferior ab exteriori ſolo diſtat pedibus octo, ſed ſolum intra turrim portæ infimam partem exæquat. Neque tamen ullum exterioris ſcalæ aut graduum veſtigium comparet, quo aſcenderetur. Neque inferior unquam porta eſſe potuit, quando turris in ipſa rupe fundatur.

In eadem muri facie ſupra portam, lapidum ordines quidam ſunt duobus pedibus à ſuperiori portæ parte diſtantes, qui olim feneſtræ oram efficiebant, quæ feneſtra altitudinem quatuor ſaltem pedum habuit, quam vero latitudinem, dicere nequeas, quando ea pars muri in ruinam abiit, & pars feneſtræ collapſa eſt. In eadem porro turri aliquot aliæ feneſtræ minores erant.

Turris eſt adhuc triginta octo pedum altitudine qua parte Septentrionem reſpicit, ubi aliquæ parietum partes integræ ſunt, nec unquam altior turris fuiſſe videtur ; nam loricæ ſupernæ pars aliqua etiamnum ſupereſt. Turris ad perpendiculum ſtructa fuit quod ſpectat ad faciem exteriorem. Muri verſus portam novem pedum denſitatem habent. Poſt decem autem à porta pedes ſuperne muri denſitas minuitur, ac tribus atque dimidio pede anguſtior paries eſt, ſpatium etiam interius turris ex muri imminutione augetur. Cum altius conſpicitur, muri adhuc ſpiſſitudo duobus & dimidio pedibus minuitur ; ita ut murus ſuperne non pluſquam tres pedes denſitatis habeat.

Turris exterius octangula, interius eſt rotunda & tam anguſti ſpatii, ut non pluſquam quindecim ſexdecimve pedum diametrum habeat. Erat autem duorum tabulatorum cum contignationibus ligneis, quarum altera ab altera decem pedibus diſtabat. Nullus unquam videtur fuiſſe in hac turri fornix.

TOUR DE MONTBRAN PRES DE MATIGNON.



Celui qui a fait cette deſcription dit que la terraſſe dans le milieu de laquelle la tour eſt renfermée, a cent pieds de diamétre en y comprenant ſans doute celui de la tour ; il faut apparemment qu'il y renferme le glacis qui régne autour de cette terraſſe, & qu'on ne voit pas ſur le plan, autrement les cent pieds ne s'y trouveroient pas.

Is qui hanc deſcriptionem apparavit, ait aggerem in cujus medio turris erigitur, centum pedum diametrum habere turris diametro comprehenſo ; ſed haud dubie in illo ſpatio declivem totam exteriorem aggeris partem complectitur, quæ undique extenſa eſt. Alioquin autem centum pedum diametrum non reperias.





LIVRE SEPTIÉME.

Le pavé ſingulier du Temple de la Fortune de l'ancien Preneſte.

CHAPITRE PREMIER.

I. Pourquoi cette Moſaïque entre-t'elle dans le quatriéme tome. II. Preneſte pris & déſolé par Sylla. III. Le Cardinal François Barberin neveu du Pape Urbain VIII. fait graver ce pavé. IV. Le Cardinal François Barberin neveu du premier, le fait graver plus exactement. V. Plan général de cette Moſaïque.

I. IL n'eſt guére de monument ſi ſingulier que celui-ci, ni qui porte des marques plus ſûres du temps où il a été fait. Il offre d'ailleurs un ſpectacle ſi varié, ſi ſurprenant & même ſi intéreſſant, qu'il mérite bien qu'on apporte toutes les diligences poſſibles pour l'illuſtrer, & en donner la connoiſſance la plus détaillée qu'il ſe pourra.

J'ai un peu balancé ſur la place que je devois lui donner dans cet ouvrage. C'eſt le pavé d'un Temple, & par cette raiſon il devoit être dans le ſecond tome. Il repréſente des habits, des bâtimens, des chaſſeurs, des pêcheurs, & cela paroiſſoit le devoir faire ranger dans le troiſiéme. La principale troupe eſt de gens de guerre en habit militaire, il y a encore un vaiſſeau armé en guerre, & diſpoſé au combat : tout cela appartient au quatriéme tome ; & comme cette partie étoit la moins fournie, je me ſuis détermniné à celle-là pour la rendre, s'il ſe pouvoit, égale aux autres.

II. Il faut d'abord dire quelque choſe du lieu où il s'eſt trouvé ; c'eſt à Paleſ-

---

LIBER SEPTIMUS.

Pavimentum muſivum ſingulare Templi Fortunæ Præneſtinæ.

CAPUT PRIMUM.

I. Cur hoc muſivum opus in quartum tomum inducatur. II. Præneſte capta & male habita a Sylla. III. Franciſcus Barberinus Cardinalis Urbani Octavi patruelis hoc muſivum in ære incidi curat. IV. Alter Card. Franc. Barberinus ex patruele prioris natus illud muſivum longe accuratius incidi & repræſentari curat. V. Muſivi iſtius compendioſa deſcriptio.

I. PAuca ſunt monumenta ſingularitate huic comparanda, pauca etiam quæ originis ſuæ ſigna ita conſpicua præ ſe ferant. Aliunde autem ſpectaculum offert, tanta varietate inſolitarum imaginum, tanta novarum utiliumque rerum copia refertum, ut cum nulla non diligentia illuſtrari, & in univerſorum notitiam deduci mereatur.

Aliquamdiu hæſi circa eum quem in hoc libro occupaturum erat locum. Eſt templi pavimentum atque ideo in ſecundo tomo edendum erat : veſtes, venatores, piſcatoreſque repræſentabat, jureque inde in tertium ablegandum erat. Præcipuus hic cœtus virorum eſt, qui omnes veſte militari exornantur : ad hæc vero navis hic militibus inſtructa & ad navalem pugnam parata cernitur, quæ omnia ad quartum tomum pertinent. Cum autem hæc quarta pars quartuſque tomus minorem haberet monumentorum copiam, hanc nova acceſſione donare viſum eſt, ut cæteris, ſi fieri poſſet, æquetur.

II. De loco autem ubi repertum, eſt aliquid ſtatim præmittendum; Præneſte deprehenſum fuit vigeſimo

trine, qui eſt l'ancien Preneſte à vingt & un mille de Rome. Cette Ville qui étoit de l'ancien Latium eſt fameuſe dans l'hiſtoire Romaine. Elle fit aſſez de peine aux Romains, fut ſouvent priſe & repriſe. Et depuis, quand la République Romaine ſe fut renduë maîtreſſe de l'Italie, dans les troubles & les guerres civiles, elle fut quelquefois, dit Polybe, le réfuge de ceux qui ne trouvoient pas leur ſûreté dans Rome. Du temps des troubles, qu'exciterent les partis de Sylla & de Marius, le fils de ce dernier fut aſſiégé dans Preneſte par les troupes de Sylla, & ſe voyant réduit à l'extrémité, il ſe fit tuer par Pontius Teleſinus. Alors Sylla, ſans aucun reſpect pour l'aſyle du Temple de la Fortune, fit maſſacrer quatre mille Habitans de Preneſte & vendre le reſte du peuple *ſub haſta* ou à l'encan, après quoi Sylla fait Dictateur, plutôt de force que de bon gré, éxerça ſa tyrannie ſur ſa propre patrie, ſe regarda comme le Roi de tout l'Empire Romain, ſe flatant d'avoir un Royaume auſſi étendu que l'étoit jadis celui d'Alexandre Roi de Macédoine, & fit faire alors ce pavé, où il repréſenta, ſelon l'opinion d'un moderne, le voyage d'Aléxandre le Grand au Temple de Jupiter Hammon. Nous éxaminerons plus bas ce ſentiment qui paroît d'abord fort extraordinaire, & nous revenons à Paleſtrine, qui après avoir été long-temps poſſedée par la maiſon Colomne, fut enfin venduë à la maiſon Barberine l'an 1630. C'eſt à cette derniere maiſon que nous devons la publication de cet inſigne monument & de bien d'autres.

III. Le Cardinal François Barberin neveu du Pape Urbain VIII. témoigna toujours beaucoup d'affection pour les Lettres & pour la Littérature. Il fit ramaſſer cette Bibliothéque Barberine, une des plus belles de Rome, & craignant que ce beau pavé de Moſaïque ne déperît, ou ne ſe gâtât enfin dans le Temple de la Fortune Primigenie où il étoit depuis dix-huit ſiécles, & que l'humidité & les eaux qui découlent là perpétuellement ne l'endommageaſſent, il le fit enlever & emporter à ſon Palais de Paleſtrine, où il fut expoſé à la vûë des curieux & des Antiquaires, qui trouvoient-là un ſpectacle des plus curieux, des plus inſtructifs & des plus agréables. Ce fut ſous ſes auſpices que le P. Kircher en fit faire une Eſtampe qu'il mit dans ſon Latium imprimé en 1671.

IV. Mais on s'apperçut bien-tôt que cette Eſtampe du Pere Kircher étoit trop petite, qu'un grand nombre d'animaux & d'autres objets dont cette Moſaïque eſt pleine, ou n'y paroiſſoient point, ou y paroiſſoient ſi confuſément, qu'il étoit

---

primo ab urbe Roma lapide. Oppidum iſtud, olim veteris Latii, in hiſtoria Romana celebratur: Romanis autem infenſa civitas ſæpe capta fuit, ſæpe jugum excuſſit. Poſtea vero cum in Romanorum ditionem prorſus tota veniſſet Italia, inſtantibus civilibus bellis, aliquando eorum refugium fuit quorum res erant Romæ labefactatæ. Quando autem ferventibus Syllæ & Caii Marii factionibus, Marii filius Præneſte à Syllanis obſeſſus atque in anguſtias redactus, Poncio Teleſino ſeſe jugulandum dedit: tum Sylla nihil curans aſylum templi Fortunæ præneſtinæ, quater mille Præneſtinos jugulari curavit, cæteroſque ſub haſta vendidit. Hinc Sylla Dictator factus eſt, ſuadente metu, potius quam ex libera hominum voluntate, tyrannidemque in patriam exercuit; ſeſe quaſi Regem Imperii Romani præſtitit, neque minus quam Alexander ille magnus, ſe regnum obtinere ratus, hoc pavimentum edi curavit, ubi ſi nupero ſcriptori credas, iter Alexandri magni ad templum Jovis Hammonis repræſentavit. Hanc vero opinionem, quæ neſcio quid ſtatim præ ſe fert à probabilitate alienum, infra excutiemus, interimque Præneſten civitatem redeamus, quæ poſtquam diu Columnarum fuerat, anno tandem 1630 Barberinis divendita fuit. Huic autem Barberinorum ſtirpi & hujus & aliorum monimentorum uſum fructum debemus.

III. Franciſcus Cardinalis Barberinus Urbani VIII. Papæ fratris filius, litterarum, litteratorum ſeſe amatorem ſemper exhibuit: Bibliothecamque illam Barberinam inter Romanas celebrrimam magnis ſumtibus apparavit; cumque metueret ne pavimentum hoc muſivo opere concinnatum, in illo Fortunæ templo, ubi per ſæcula fere octodecim fuerat, tandem in humido loco ex ſtillantium aquarum copia labefactaretur, avelli illud exportarique curavit in ædes Barberinorum Præneſtinas, ubi ſtudioſorum eruditorumque oculis pateret, qui in illo muſivo opere ſpectaculum obſervabant, jucunditate utilitateque præſtantiſſimum. Hoc auſpicante Cardinali, Athanaſius Kircherus muſivum hoc opus in ære incidi curavit, atque publici juris fecit anno 1671.

IV. Verum hæc Kirchero curante concinnata tabula, anguſtior quam par erat deprehenſa fuit. Animalia quippe multa cæteraque quibus refertum hoc muſi-

preſqu'impoſſible d'y rien diſtinguer, & que bien des choſes n'y étoient pas aſſez fidélement repréſentées. Ce fut pour cette raiſon que le Cardinal François Barberin, petit neveu du premier, le fit deſſiner de nouveau & graver en quatre grandes feuilles, l'an 1721. C'eſt d'après cette derniere eſtampe que nous le donnons ici en cinq grandes planches, dont la premiere montre tout le pavé en petit, & les quatre autres le repréſentent en grand.

V. C'eſt un pavé de Moſaïque compoſé de petites pierres de différente couleur, rangées avec tant d'art & d'induſtrie, qu'elles ſont comparables avec les plus belles peintures. Le deſſein eſt des plus extraordinaires. On voit ici l'Egypte & une partie de l'Ethiopie, non pas à la maniere que les Géographes la dépeignent; on n'y obſerve point de diſtances des lieux, ce ſont différens cantons, des montagnes, des vallées, des bras du Nil, des lacs, des animaux de différente eſpece, une grande quantité d'oiſeaux. Les noms des principales bêtes y ſont écrits en caractéres Grecs. Il y a pluſieurs de ces bêtes dont les noms & la forme ſont inconnus aux Hiſtoriens & aux autres Auteurs. On y voit auſſi quantité de Pêcheurs & de Chaſſeurs, qui tirent des fléches aux oiſeaux & aux autres bêtes. On y voit encore des bâtimens, dont quelques-uns paroiſſent ſuperbes, des obeliſques, des berceaux d'arbres ou de feüilles qui renferment toute la largeur d'un canal. Des hommes & des femmes différemment habillés, & un grand nombre d'autres choſes qui méritent bien une deſcription particuliere, & que nous expliquerons ſucceſſivement dans les chapitres ſuivans. Au-reſte, je ſuis perſuadé que le bas de la planche eſt le Septentrion où eſt l'Egypte, & le haut le Midi, où eſt l'Ethiopie.

---

vum eſt, ita exigua erant, vix ut quidpiam diſtinguere explorareque poſſes, imo quædam etiam non ita γνησίως repræſentarentur. Ideoque alter Cardinalis Franciſcus Barberinus ex fratris illius filio ſatus, muſivum opus denuo in ære incidi, & quatuor ampliſſimis foliis exhiberi curavit anno 1721. Ad hujus porro exemplum illud publicamus quinque majoribus foliis quorum primum totum pavimentum exhibet, cætera vero quatuor, majoribus rerum ſingularum ſchematibus omnia complectuntur.

V. Muſivo opere concinnatum pavimentum eſt, varii coloris lapillis ſtructum cum tanto junctis artificio, ut depictas tabulas inſigniores æquare poſſint. Inſignis opera, hic quodammodo Ægyptus & pars Æthiopiæ exprimuntur; non eo quo Geographi modo exhibent: non hic interſtitia locorum obſervantur; ſed quidam tractus, montes, valles, Nili alvei, lacus, animalia diverſi generis, avium vis magna. Ferarum autem inſigniorum nomina Græcis litteris deſcripta ſunt. Multorumque hujuſcemodi animalium tum nomen, tum forma hiſtoricis cæteriſque ſcriptoribus ignota fuerunt. Hic piſcatores multos videas venatoreſque, qui ſagittis aves & feras inſectantur. Ædificia quoque hic conſpiciuntur, quorum quædam ſumtuoſa & magnifica; obeliſci quoque, intexta ramis & foliis in fornicis morem umbracula, quæ non ita anguſti alvei totam latitudinem occupant; viri mulieresque veſtitûs diverſo genere inſtructi; aliarumque rerum magna copia, quæ ſingulatim deſcribere operæ precium erit: quæque ſecundum cujuſque ordinem in capitibus ſequentibus explicabuntur. Cæterum puto imam tabulam ſeptentrionem, ubi Ægyptus eſt; ſupremam vero meridiem ubi Æthiopia eſt, repræſentare.



CHAPITRE II.

I. Sylla Dictateur a fait faire ce pavé de Mosaïque. II. Difficulté sur cela levée. III. Sentiment d'un moderne, qui croit que les images de ce pavé représentent le voyage d'Alexandre à l'oracle de Jupiter Hammon. IV. Sentiment du P. Kircher sur cette Mosaïque.

I. ON ne doute point que ce ne soit Sylla qui a fait faire ce pavé de Mosaïque. Pline le dit formellement 36. 25. *Lithostrota cœptavere jam sub Sylla parvulis certe crustis; extat hodieque, quod in Fortunæ delubro Præneste fecit... Ces pavés qu'on appelloit* Lithostrota *commencerent à être mis en usage sous Sylla, ils sont composés de petites pierres. On voit encore aujourd'hui celui que Sylla fit faire au temple de la Fortune de Preneste.* C'est certainement un pavé du temple de la Fortune de Preneste, de ce fameux temple dont il y a encore de grands restes, & où ce pavé s'est trouvé tout entier & bien conservé. Mais de peur que dans la suite des temps il ne vînt à se gâter, on l'a apporté au Palais de la Maison Barberine, qui est dans la petite Ville de Palestrine.

II. Il semble qu'il n'y ait aucun lieu de douter que ce ne soit le même qui fut fait par Sylla : une seule chose qui me fait de la peine, c'est que dans les noms des animaux tous écrits en Grec, le Sigma est toujours, non pas selon l'ancienne figure Σ, mais selon l'autre qui fut introduite dans des temps postérieurs C. qu'on commence de trouver, quoique rarement, du temps d'Auguste Mais je ne crois pas que cela nous doive arrêter. On la trouve ainsi du temps d'Auguste ; mais qui nous a dit le temps où l'on a commencé de s'en servir ; Il y a apparence que cette figure a été inventée avant ce temps-là, & on ne la substitua à la figure Σ, que parce que cette forme étoit fort difficile à faire ; or elle l'étoit beaucoup plus dans un ouvrage de Mosaïque. C'est peut-être la raison pourquoi on l'a employée ici, & ce qui semble le confirmer, c'est que l'ϴ rond qu'on a formé ainsi du temps d'Auguste, ne se trouve point ici, où l'on voit toujours l'E ancien, qui n'étoit pas si mal aisé à faire en Mosaïque, ayant les angles droits, au-lieu que le Σ les a aigus.

CAPUT II.

I. Sylla Dictator musivum hoc opus concinnari curavit. II. Difficultas quædam solvitur. III. Nuperi cujusdam opinio putantis in hac musivi pictura repræsentari iter Alexandri magni ad Oraculum Jovis Hammonis. VI. Athanasii Kircheri sententia circa musivum hoc pavimentum.

I. NEmo jam dubitat quin hoc ipsum stratum musivo adornatum opere Syllam habeat auctorem, id diserte narrat Plinius 36. 25. *Lithostrota cœptavere jam sub Sylla parvulis certe crustis : extat hodieque, quod in Fortunæ delubro Preneste fecit.* Estque haud dubie stratum illud Fortunæ Prænestinæ templi istius, cujus maximæ adhuc reliquiæ supersunt, ubi etiam hoc pavimentum repertum est integrum, sartum & tectum; sed ne & situs & tempus tam lepidum opus labefactarent, in ædes Baberinorum Prænestinas translatum fuit.

II. Vere illud ipsum prorsus esse videtur quod Sylla jubente paratum fuit. Aliquid tamen occurrit difficultatis in nominibus animalium græce scriptis. Sigma namque semper scribitur, non secundum veterem formam Σ, sed secundum alteram quæ posteriori tempore inducta fuit C. quæque reperitur, sed raro, Augusti tempore : sed non puto id tanti esse ut à sententia dimovere possit. Sic Augusti tempore occurrit; sed quis dixit illo tempore fuisse inventam? Verisimile autem est jam ante Augustum hujus litteræ mutationem fuisse factam. C. autem huic figuræ Σ. substituta fuit, quoniam hæc postrema forma difficile exarabatur. Longe autem difficilius fuisse videtur eam in musivo opere efformare. Et hæc est fortasse causa cur hic non adhibita fuerit : id inde confirmari videtur quod ϴ rotundum quod Augusti tempore jam adhibitum occurrit, hic nusquam compareat ; sed semper E exaretur, quæ vetus forma in musivo opere facile formabatur, quia anguli ejus recti sunt, in Σ vero acuti.

III. On demande quel est le dessein de cet ouvrage, & ce qu'avoit en vûë Sylla quand il a fait faire une Mosaïque de cette sorte pour le pavé d'un temple de la Fortune. Les sentimens sont différens. Voici ce qu'on a mis au-bas de la grande Estampe faite à Rome l'an 1721.

„ *Explication du Pavé de Palestrine fait en Mosaïque, où l'on prend cette image pour le*
„ *départ d'Alexandre pour aller par l'Egypte consulter l'Oracle de Jupiter Hammon.*

„ On voit dans la partie la plus éloignée de cette peinture faite avec de peti„ tes pierres rapportées, des montagnes qui marquent, à ce qu'il paroit l'E„ gypte supérieure; ces montagnes sont pleines de bêtes féroces & de monstres, „ dont les noms sont écrits auprès, Sphintia, Yabus, Krocotas, Onocentau„ ra, Tigris, & plusieurs autres bêtes à quatre pieds. Des Ethiopiens mis en un „ espace plus lointain, sur des montagnes escarpées dans l'Egypte intérieure, „ tirent des fléches à des oiseaux. Quinte-Curce parle de ces Ethiopiens & des „ oiseaux remarquables de ce Pays-là. A l'endroit où le Nil laissant à côté les „ montagnes, se tourne vers les collines & vers la plaine, où divisant ses eaux, „ il fait le Delta, on voit deux insignes Villes, Heliopolis & Memphis. Ceux „ qui montent en navigeant de la bouche du Nil dans l'intérieur de l'Egypte, „ comme fit Alexandre, voyent à leur gauche Heliopolis avec ses obelisques, „ que l'Auteur de la Mosaïque y a représentées. C'est le Roi Mitres, selon Pli„ ne 36. qui a le premier érigé à Heliopolis des obelisques qu'il consacra au So„ leil. Les Géographes que le même Auteur de la Mosaïque a suivis, mettent „ ensuite Memphis au rivage opposé & occidental du Nil, un peu au-dessus de „ la pointe du Delta & de l'endroit où le Nil se divise en deux branches, auprès „ des Pyramides & des Sépulcres des Rois, qui sont représentés dans le pavé „ par ces édifices ornés d'Hermes Egyptiens, & les Sépulcres faits sur les monta„ gnes. Ici aborda Alexandre parti de Peluse, lorsqu'il reçut les Ambassadeurs „ de Cyrene, qui portoient des présens, en lui demandant la paix, & le priant „ en même temps de venir en leur Ville. Avant que ces Ambassadeurs vinssent, „ comme il étoit encore près de Memphis, Astaces Préteur de Darius vint le „ recevoir en suppliant, & lui remit huit cent talens & tous les trésors & les bi„ joux du Roi. On voit ici Alexandre sous sa tente, accompagné de l'élite de

III. Quæritur qua mente Sylla hæc concinnari curaverit, quove animo in musivo illo opere, in templi Fortunæ pavimento hæc repræsentari voluerit. Variæ sunt opiniones quæ sic explicantur in majoris illius tabulæ Romæ adornatæ inferiori margine.

» *Interpretatio Lithostroti Prænestini, Alexandri magni*
» *profectionem per Ægyptum ad Hammonis oraculum*
» *consulendum in eo statuens.*

» Apparet montium conspectus in remotiori picturæ » parte vermiculato opere expressa & exhibente, uti vi» detur, Ægyptum superiorem, necnon feras ac monstra » iis in montibus passim occurrentia, uti dignoscitur ex » appositis nominibus ΣΦΙΝΤΙΑ, ΤΑΒΟΤΣ, ΚΡΟΚΟ» ΤΑC, ΟΝΟΚΕΝΤΑΥΡΑ, ΤΙΓΡΙC, aliaque plurima è » ferino quadrupedum genere. Volatilia vero sagittis » impetunt Æthiopes longius dissiti, & præcipitia » montium incolentes in Ægypto interiore, quos » Curtius describit una cum volucribus ibi spectan» dis lib. 4. cap. 29. ubi vero Nilus relictis montibus » ad colles & ad planitiem delabitur, ibi in divisione aquarum quæ Delta constituit, urbes duæ in« signes occurrunt Heliopolis & Memphis. Et qui« dem navigantibus ab ostio Nili ad interiorem Ægyp« tum, uti Alexander navigabat, sinistrorsum posi« ta Heliopolis obeliscos ostentat, quos musivi auc« tor ibi repræsentavit. Hos vero obeliscos Mitres « Rex, Soli primus Heliopoli erexit, teste Plinio lib. « 36. Memphim deinde statuunt Geographi, & cum « eis Musivarius, in adversa Nili ripa & occidentali, « paulo supra verticem Deltæ, ubi Nilus in duo bra« chia scinditur, & prope Pyramides ac Regum con« ditoria, quæ scilicet in Lithostroto referunt ædificia « illa Hermis Ægyptiis ornata, & sepulcra in monti« bus excisa. Huc adnavigasse Alexandrum à Pelusio « procedentem, quando Legatos Cyrenensium exce« pit dona offerentes, pacemque, ac ut adiret urbes suas « petentes. Antequam tamen cum Memphi haud pro« cul esset, Astacem Darii Prætorem supplicem ha« buit, à quo etiam fuere Alexandro tradita octin« genta talenta, omnis regia gaza & supellex. Sub « tentorio igitur regio spectari potest Alexander cum « expedita delectorum manu, quos itineris socios «

ses

ſes Officiers & ſoldats qu'il menoit avec lui dans ſon voyage, & que Quinte-Curce repréſente de même que la Moſaïque, portant des vaſes du Roi des Perſes, de ces vaſes qu'on venoit de remettre à Alexandre. *Il commanda*, dit Quinte-Curce, *à ſon Infanterie de ſe rendre à Peluſe, & ſe mit ſur le Nil avec l'elite de ſes troupes. Les Perſes n'attendirent pas ſon arrivée, effrayés de ce que les gens du Pays ſe rendoient à Alexandre; mais comme il approchoit de Memphis, Aſtaces laiſſé là Gouverneur par Darius, traverſant le Fleuve, vint apporter à Alexandre huit cent talens & tout le treſor du Roi. De Memphis il alla de même ſur le fleuve juſques dans l'intérieur de l'Egypte, & après avoir mis ordre à tout ſans rien changer dans les coûtumes des Egyptiens, il réſolut d'aller au temple de Jupiter Hammon.*

Il ſemble que tout ceci ſoit ſignifié par ces hommes couronnés qui offrent des rameaux, des chandeliers & d'autres dons à Alexandre qui eſt ſous ſa tente, & à qui la Victoire offre une palme & une couronne, pendant qu'un autre Chef, qu'on croit être Aſtaces, un des Officiers de Darius, s'avançant ſur la prouë du bateau demande la paix, étendant la main droite à Alexandre qui ſe voit-là à la tête de ſa troupe, & qui élevant ſa main droite parle à ſes ſoldats. Les autres figures qui ſacrifient devant des autels ornés de la Statuë d'Anubis, ou qui ſe divertiſſent à boire & à manger, ou à pêcher, à chaſſer, à prendre des oiſeaux, marquent qu'on n'a rien changé dans les coûtumes des Egyptiens, & c'eſt ce qu'ils avoient demandé à Alexandre. Il peut ſe faire auſſi que ceux qui font ainſi des feſtins & qui témoignent leur joye au ſon des inſtrumens de muſique, ſont ces mêmes Egyptiens, *qui*, dit Quinte-Curce, *dans l'eſperance qu'Alexandre viendroit chez eux, prirent courage, & reçurent avec joye Amyntas, ſupportant depuis long-temps avec impatience, l'orgueil & l'avarice des Perſes leurs maîtres.* Cette partie de l'Egypte auprès du Delta qui eſt toute en plaine, a beaucoup de Crocodiles, d'hippopotames & de Rhinocerots, marqués par leurs images & leurs noms, Ρινοκέρως, Κροκόδειλος, Κροκοδειλοπάρδαλις.

C'eſt ainſi qu'un Auteur de ce temps croit qu'il faut expliquer cette image du pavé, en la rapportant au voyage d'Alexandre le Grand dans l'Egypte, lorſqu'il alloit conſulter l'Oracle de Jupiter Hammon touchant l'Empire de tout le monde, que les ſorts jettés par ſon pere ſembloient lui deſtiner. C'eſt ce que Sylla, qui a fait faire cette Moſaïque, a voulu repréſenter ici. Emulateur de la fortune & de la puiſſance d'Alexandre, il voulut célébrer un oracle

---

» ducebat, ita à Curtio & à pictore Muſivario expreſſos cum vaſis & ſuppellectile Perſica quam ibi excepit lib. 4. c. 27. *Pedeſtribus copiis Peluſium petere juſſis, ipſe cum expedita delectorum manu Nilo amne vectus eſt, nec ſuſtinuere adventum ejus Perſæ, defectione quoque perterriti. Jamque haud procul Memphi erat, in cujus præſidio Aſtaces Prætor Darii relictus, oſtio amnis ſuperato, octingenta talenta Alexandro, omnemque regiam ſupellectilem dedit. A Memphi eodem flumine vectus, ad interiora Ægypti perrexit, compoſitiſque rebus, ita ut nihil ex patrio Ægyptiorum more mutaret, adire Jovis Hammonis oraculum ſtatuit.* Enimvero hæc omnia videntur ſignificari per coronatas illas virorum figuras quæ ramos offerunt, candelabra & dona convehunt duci ſub tentorio ab adſtante victoria corona & palma donato: dum alius dux, Aſtaces ut creditur Darii Prætor, è prora triremis accedens pacem petit, extenta dextera ad priorem illum ducem ſtipatum cœtu militari, eo ſub tentorio elata dextera ſuos alloquentem. Reliquæ figuræ quà ſacrificantes ante aras Anubidis ſimulacro ornatas, quà genio & conviviis indulgentes, quà intentæ piſcationi, venationibus & aucupio, demonſtrant nihil ex Ægyptio more mutatum, quod ſcilicet ab Alexandro petierant. Quin etiam illæ quæ convivia exercent, & muſicis inſtrumentis lætitiam præ ſe ferunt, denotare poſſunt illos Ægyptios *qui ad ſpem adventus Alexandri erexerant animos*, ut ſcribit Curtius, *cum Amyntam læti recepiſſent, olim Perſarum opibus infenſi, quippe ab his avare & ſuperbe imperatum ſibi eſſe credebant.* Hæc igitur planior Ægypti regio circa Delta navigiis pervia, abundat crocodilis, hippopotamis, rhinocerotibus, ut icones illorum ferarum & nomina appoſita oſtendunt. ΡΙΝΟΚΕΡΩΣ, κροκόδειλος, κροκοδειλοπάρδαλις.

Ita demum ſingula quæ in Lithoſtroto ſpectantur, explicari debere autumat nuperus auctor, ad profectionem Alexandri per Ægyptum illa referens, quando Macedo contendit ad oraculum Hammonis conſulendum de imperio orbis terrarum ſibi à paternis ſortibus deſtinato: ut Sylla muſivi auctor & fortunæ Alexandri cupidus, atque æmulator potentiæ, par ſibi reſponſum ab oraculo redditum, cujus me-

„ semblable qui lui avoit été rendu, & duquel parle Appien au premier livre „ des guerres civiles, & en rendre la mémoire durable par ce monument qu'il „ dressa après la victoire remportée sur ceux de Preneste, & lorsqu'il avoit déja „ commencé sa domination, ou plutôt sa tyrannie.

„ IV. Le P. Kircher donne à cette Mosaïque une interprétion fort diffé- „ rente, dont voici la substance. *Cette Mosaïque*, dit-il, *représente les vicissitudes „ de la fortune, avec les rites & les céremonies qu'il falloit pour honorer cette deesse, „ & se la rendre propice. On célèbre encore ici des jeux solemnels en actions de graces „ de l'heureux succès des expéditions militaires.* Celui qui a donné cette interpréta- „ tion a donné aussi l'image tirée éxactement de l'original, & laisse la liberté „ au lecteur habile d'adopter sur le sens de cette Mosaïque, l'explication qui lui „ plaira le plus.

» minit Appianus libro 1. bellorum civilium, cele- » bri hoc monumento partæ apud Prænestinos victo- » riæ ac dominationis seu tyrannidis inde inchoatæ, » posteris celebravit.

» Diversa interpretatio ejusdem musivi legitur » apud Athanasium Kircherum, cujus hæc summa est. » *Variæ*, inquit, *instabilis fortunæ vices musivo opere affabre depictæ exhibentur, ritus & ceremoniæ deæ quà « colendæ, quà placandæ exprimuntur. Ludi* [illegible] *festi- « vitate* ob felicem Fortunæ in expeditione [illegible] « ta in fortem celebrantur. Interpres [illegible] « giniem exhibuisse contentus ad fidem prototypi [illegible] « berum de illius interpretatione judicium erudito « lectori ducit relinquendum. «

CHAPITRE III.

I. On réfute le premier sentiment sur cette Mosaïque. II. Et celui du P. Kircher. III. Opinion de l'Auteur sur le dessein de cet ouvrage.

I. JE suis persuadé que peu de gens seront du sentiment de celui qui à crû que l'image étoit faite pour représenter le voyage d'Alexandre le Grand au temple de Jupiter Hammon par l'Egypte. Je n'y vois rien qui puisse le persuader, encore moins pourra-t'on trouver des rapports entre cette troupe, où l'on prétend que se trouve Alexandre le Grand, avec les autres figures qui composent cette grande Image. Je ne vois rien ici qui me puisse rappeller l'idée d'Alexandre le Grand.

Le sentiment du P. Kircher, qui veut qu'on ait représenté ici les vicissitudes de la fortune, & le culte & les fêtes de cette déesse qu'on appelloit la Fortune; ce sentiment disje, n'est pas soutenable.

II. Il n'y à rien dans toute la table qui se puisse rapporter proprement à la déesse Fortune. Il y à apparence que le P. Kircher n'a voulu trouver ici les fêtes & les mystéres de la Fortune, que parce qu'il à cru que les Images d'un pavé


CAPUT III.

I. Prior opinio circa hoc musivum tessellatumque opus repudiatur. II. Item Kircheri sententia refellitur. III. Opinio nostra circa scopum ejus qui depingi curavit.

I. PUto paucissimos fore qui illius nuperi opinioni adstipulentur, putantis ideo adornatam imaginem fuisse, ut Alexandri magni ad oraculum Jovis Hammonis properantis, & per Ægyptum transeuntis iter describeretur. Nihil hic video quod illud in animum inducere possit, longeque minus dici possit quid ingens ille figurarum numerus ad iter Alexandri affinitatis habere possit. Me nihil in hac imagine videre fateor quo Alexander magnus in memoriam revocari possit.

Neque magis stare potest opinio Athanasii Kircheri putantis hic vicissitudines fortunæ repræsentari, necnon cultum & festa deæ illius quam Fortunam appellabant.

II. Nihil in tota tabula est quod ad Fortunam proprie referri possit. Verisimile autem est ideo Kircherum hic mysteria fortunæ ejusque celebritates reperire voluisse, quia putavit imagines in pavimento




PAVÉ DU TEMPLE DE L
63



Tom. IV Pl. 56

du temple de la Fortune, devoient ſe rapporter à cette déeſſe. Mais on voyoit dans les temples tant de figures & d'images qui ne ſe rapportoient pas à la principale divinité, que cela ne doit point du tout nous arrêter. Nous pourrions rappeller pluſieurs exemples tirés du ſecond tome de l'Antiquité, où l'on voyoit dans les temples de divinités des hiſtoires étrangeres; l'on en voit un ſi grand nombre dans Pauſanias, que cela ne peut ſouffrir aucune difficulté. D'ailleurs, quand nous ne trouverions pas d'exemples ſemblables, nous dirions plutôt que celui-ci eſt unique, que de dire que ces images ſe rapportent à la Fortune.

III. Mon ſentiment eſt donc que Sylla a voulu repréſenter ici les ſpectacles du Nil, de l'Egypte & de l'Ethiopie. Il n'y avoit point de riviere dont les bords préſentaſſent des objets ſi admirables, ſoit qu'on regarde la qualité des bâtimens & des édifices, ſoit que l'on conſidere la quantité de poiſſons ſinguliers & d'amphibies. L'Egypte étoit auſſi comme un théâtre, où l'on voyoit des choſes naturelles les plus extraordinaires, des roches qui fourniſſoient des marbres à pluſieurs parties du monde, des animaux de toute eſpece, des bâtimens magnifiques; l'Ethiopie abondoit en bêtes féroces & en monſtres. Sylla voulut faire de tout cela un ſpectacle des plus agréables; c'eſt par un pur caprice qu'il y fit exprimer tous ces objets, qui devoient d'autant plus ſurprendre, qu'on ne s'attendoit point à les trouver raſſemblés dans un temple de la Fortune.

Je vais donc faire la deſcription de toutes les parties de cette grande Moſaïque, en commençant par le bas de la grande Eſtampe, qui ſe trouve ici diviſée en quatre planches. J'irai toujours dans l'explication de la gauche à la droite, en ſuivant tous les objets qu'une planche contient, avant que de paſſer à l'autre.

---

templi fortunæ expreſſas ad deam Fortunam referri debere. Verum in templis tot erant figuræ, tot imagines, quæ ad præcipuum templi numen referri non poterant, ut hoc nihil nos morari poſſit. Multa poſſemus exempla ex ſecundo Antiquitatis explanatæ tomo educta huc afferre, ubi in templo numinum hiſtoriæ ipſis numinibus non propriæ depingebantur: tot hujuſmodi res obſervantur apud Pauſaniam, ut hinc nulla poſſit oriri difficultas. Alias vero, etiamſi nullum aliud ejuſmodi rei exemplum ſuppeteret, potius diceremus, hoc unicum eſſe, neque alibi reperiri, quam hæc ad Fortunam referri.

III. Hæc autem eſt opinio mea, Syllam eo loci voluiſſe Nili Ægipti, atque, Æthiopiæ ſpectacula exhibere. Nullum erat flumem cujus oræ tot tamque mirabilia ſpectacula exhiberent quam Nilus, ſive ædificia, ſive piſcium & amphibiorum genera ſpectaveris. Ægyptus quoque velut theatrum erat, in quo res naturales admodum inſolitæ viſebantur; rupes, unde marmora diverſa multis orbis partibus ſuppeditabantur; animalia ſingularia cujuſvis ſpeciei: ædificia ingentia & magnifica; Æthiopia feris abundabat & monſtris. Ex his porro omnibus Sylla jucundiſſimum exhibere ſpectaculum voluit; ex mero arbitrio, & ut ſeſe menti obtulerunt hæc exprimi curavit, quæ eo majorem admirationem parerent, quod ea in templo Fortunæ ſe viſurum nemo expectaret.

Hujus ergo muſivo opere expreſſi ſpectaculi partes omnes deſcribere aggrediar, incipiamque ab ima tabulæ parte, quæ tabula hîc in quatuor partes dividitur. Explicando autem à ſiniſtra ad dexteram ſemper procedam, & res ſingulas quæ in qualibet parte ſunt perſequar, ante quam ad partem ſequentem tranſeam.



CHAPITRE IV.

I. Crocodiles, Chasse de l'Hippopotame, description d'un Bateau. II. Cabane où l'on croit qu'on donnoit à manger aux Ibis. III. Berceau singulier fait dans l'eau.

Pl. LVII. I. DAns la premiere planche qui contient une partie de la Mosaïque, on voit d'abord deux Crocodiles, qui paroissent ou dans des petits islets, ou en des endroits où l'eau est fort basse. Auprès de-là est un Hippopotame, entre certaines plantes aquatiques; il ouvre une grande gueule & montre ses dents longues & aiguës. A côté de celui-là un autre Hippopotame ne fait sortir que la tête hors de l'eau. Au-dessus de ceux-ci on voit entre des herbes aquatiques un autre Hippopotame qui n'a que les pieds dans l'eau, & que des gens qui sont dans un bateau veulent tuer; ils l'attaquent à coups de javelots: il est déja percé d'un, dont le bois s'éleve au-dessus de la croupe. Ceux qui l'attaquent sont sur la prouë du bateau armés de javelots ou de demi-piques; ils portent des bonnets qui ressemblent assez aux *Pilei* des Romains: le bateau est de forme assez particuliere. Il s'éleve sur la prouë en pointe, & se termine en une tête d'animal qui ressemble à celle d'une biche. Rien de plus propre qu'une chambre fabriquée sur le milieu du bateau, treillissée fort proprement sur les côtés, & ayant un frontispice qui ressemble à celui d'un temple. La prouë s'éleve beaucoup plus haut que la poupe; elle est d'une forme particuliere, il semble que celui qui tient le gouvernail soit à couvert sous cette grande élévation de la poupe qui se rejette sur le devant. Ce gouvernail consiste en deux grandes rames, une de chaque côté. Derriere ce bateau est un homme, qui a amené un bœuf boire dans la riviere, & qui tient un bâton levé comme pour le frapper.

II. Derriere cet homme est une grande cabane ronde toute couverte d'Ibis, dont un semble vouloir s'envoler. Les anciens disent, qu'il y a deux sortes d'Ibis, & que les uns sont blancs & les autres noirs. On en voit ici des uns & des autres. Ces Ibis sont sur la cabane, qui a sur le devant une porte ronde par le haut. Il y a un homme à chaque côté de la porte; l'un assis tient une espece de trident. Ces deux hommes sont apparemment là pour avoir soin des Ibis & leur donner

---

CAPUT IV.

I. Crocodili. Venatores quomodo hippopotamum captent. Naviculæ descriptio. II. Tugurium in quo ibides escam sumsisse putantur. III. Intextum ramis & longuriis umbraculum in aquis structum.

I. IN prima tabula quæ musivi partem complectitur, statim visuntur duo crocodili, qui vel in prominente limo vel in vado stant. Atque è vicino hippopotamus est inter aquatica quædam virgulta; os prægrande operit, acutosque & oblongos dentes ostentat. Propter hunc alter hippopotamus caput tantum educit ex aquis. His superiorem cernimus hippopotamum qui in aquis pedes tantum tenet, quemque viri in navicula versantes jaculis impetunt. Jam confossus est jaculo cujus lignea hasta prominet infixa. Venatores in prora stant jaculis armati, pileos capite gestant Romanis pileis similes. Navicula formæ spectabilis est, proram sublimem erigit quæ superne desinit in caput cervæ capiti simile. In media naviculæ casula quædam seu camera visitur eleganter structa, cancellis ornata, cujus facies anterior frontispicio templi similis est. Puppis longe sublimius erigitur quam prora. Est autem formæ singularis. Qui gubernacula tenet, altissima illa puppi tectus videtur, quæ sese versus medium naviculæ reflectit: gubernacula autem illa duo majores remi sunt, utroque latere positi. Pone naviculam vir est qui bovem ad flumen potus causa duxit, virgamque tenet quasi bovem percussurus.

II. Pone virum illum turgurium grande visitur rotundum, cui insistunt ibides quarum una mox avolatura videtur. Dicunt veteres duo esse genera ibidum, quarum aliæ albæ, aliæ nigræ sunt: utriusque autem coloris hic ibides visuntur. Stant igitur ibides supra tugurium, in cujus anteriore parte est janua superne rotunda: ad utrumque portæ latus viri sunt, quorum alius sedens tridentem tenet. Hi porro viri curam, ut videtur, ibidum habent, ipsisque præbere alimenta

à manger. Cela nous rappelle ce que dit Hérodote dans son Euterpe, c. 65.
L'Egypte quoique si voisine de la Lybie, n'a pas un fort grand nombre de bê- «
tes; mais ils estiment sacrées toutes celles qui naissent chez eux, dont quel- «
ques-unes se nourrissent dans les maisons, & les autres dans les campagnes. C'est «
une loi parmi eux que ces bêtes ont comme des curateurs, ou des gens de l'un «
ou de l'autre sexe, qui ont soin d'elles, & cela passe comme une charge de pere «
en fils. Tous ceux qui habitent dans les Villes, font des vœux aux dieux auf- «
quels ils croyent que ces bêtes appartiennent; ensuite ils rasent la tête de leurs «
enfans, ou tout-à-fait, ou la moitié, ou la troisiéme partie seulement, & «
puis ils pesent ces cheveux, & donnent autant d'argent pesant à celui ou celle «
qui a soin des bêtes, & elle leur donne à manger du poisson découpé par par- «
ties. Si quelqu'un vient à tuer quelqu'une de ces bêtes; si c'est de propos déli- «
beré, il lui en coûte la vie; si c'est par mégarde, il est condamné à l'amende, «
telle que les Prêtres l'ordonnent. Mais si quelqu'un tuë ou un Ibis ou un Eper- «
vier, soit volontairement, soit par mégarde, il est irrémissiblement mis à «
mort. «

Il y a toute l'apparence possible que ces deux hommes qu'on voit à l'entrée de la cabane couverte d'Ibis, sont-là pour avoir soin d'eux & leur donner à manger, peut-être même que les Ibis se retiroient la nuit dans cette cabane, ce qu'on n'oseroit pourtant assurer.

III. Au-dessous de cette cabane on voit un petit bateau, & plus bas un grand berceau qui fait un spectacle tout nouveau & fort singulier. Il y a deux massifs de pierre proprement bâtis dans l'eau, & dont le haut est élevé par-dessus l'eau d'environ un pied & demi, en le mesurant sur la taille des hommes, le dessus est semblable à ces lits où l'on se mettoit anciennement à demi couché pour prendre le repas. Sur l'un des côtés sont quatre personnes; dont trois à demi couchées tiennent chacune un gobelet à la main, & l'autre debout joue d'un instrument, qu'il n'est pas aisé de reconnoître. De l'autre côté trois personnes paroissent n'être pas moins en train de se divertir que celles-là; l'une assise jouë de la flutte, l'autre assise de même éleve une corne de bœuf qui servoit anciennement de coupe à boire, comme nous avons tant de fois vû, & comme nous verrons encore dans d'autres parties de cette Mosaïque. Elle éleve donc cette corne, & semble porter une santé à ceux de l'autre côté. Un autre à ge-

---

solent. Hoc autem in mentem revocat ea quæ dicit Herodotus in Euterpe cap. 65. » Ægyptus etsi tam
» vicina Lybiæ, non admodum bestiis abundat: sed
» sacras æstimant illas omnes quæ in solo suo nascun-
» tur quarum aliæ domesticæ sunt, aliæ in agris versan-
» tur. Quasi in legem apud illos transiit, ut bestiæ
» illæ seu curatores habeant, seu Ægyptios, Ægyp-
» tiasve qui illis ad vitam necessaria suppeditent, quæ
» cura ad filios filiasve quasi hæreditario jure transit.
» Qui urbes incolunt, vota emittunt diis quibus sacras
» bestias esse putant. Deinde vero capita filiorum abra-
» dunt aut tota, aut dimidiam, vel tertiam tantum
» partem, posteaque capillos appendunt, & tantum
» pondo argenti dicant curatori vel curatrici bestia-
» rum, ipsisque bestiis dantur comedendi pisces in
» particulas præcisi. Si quis vero ex bestiis hujusmodi
» aliquam occiderit, si lubens ac volens, etiam ipse
» occiditur; sin præter voluntatem, mulctam pecu-
» niæ pendit, qualem statuunt Sacerdotes. Verum si
» quis vel ibidem vel accipitrem interfecerit, seu lu-
» bens, seu invitus, sine ulla venia interimitur.

Admodum verisimile est duos illos viros qui ad ostium tugurii visuntur ibidum esse curatores, ipsisque alimenta præbere. Fortassis etiam ibides intra tugurium illud pernoctare solebant, id quod tamen affimare non ausim.

III. Infra tugurium scapha visitur, & prope scapham umbraculum ex longuriis & intextis ramis structum, quod sane spectaculum & novum & singularissimum efficit. Sunt autem duæ lapideæ in aquis structæ moles, quæ sesquipede circiter supra aquam eminent, si mensuram ducas ex mensura virûm quos ibidem conspicis, superficies palma similis est lectis illis in queis olim ad cœnandum accumbebatur: supra molem alteram quatuor viri mulieresve sunt, ex quibus tres recumbentes, culullum singuli tenent. Alter vero qui stat, instrumento musico ludit, quod vix internoscas. In alio latere tres alii non minus genio indulgere videntur. Alius sedens tibia ludit, alius item sedens cornu bovinum sustollit, quo poculi genere olim utebantur, ut sæpe vidimus, utque in aliis etiam hujus musivi partibus conspiciemus. Cornu itaque erigit, & consistentibus è regione propinare videtur. Alius genibus flexis quidpiam erigit, quod

noux éleve de la main quelque chofe, qu'il n'eft pas aifé de diftinguer. Au-delà de ces maffifs ou de ces lits s'éleve ce grand berceau fondé dans les eaux, treilliffé le plus proprement qu'on puiffe imaginer, & entremêlé de branches & de fruits. On ne pouvoit aller fur ces lits qu'en bateau, auffi y a-t'il là tout auprès un petit bateau, qui femble n'être là que pour amener & ramener la troupe.

non facile internofcas. Ultra moles illas erigitur magnum illud umbraculum in aquis fundatum, elegantiffime intertextum, ramis & foliis ornatum. Nonnifi fcapha poterant hi lecti, hæ fedes adiri, etiamque fcapha ibidem vifitur, quæ cœtui adducendo & reducendo deputata videtur.



CHAPITRE V.

I. *Bâtimens, obelifques, Temple. II. Autre bâtiment. III. Animaux de l'Ethiopie. IV. Rhinoceros Ethiopien. V. Defcription du Rhinoceros Ethiopien par Cofmas l'Egyptien.*

I. AU haut de la planche, en prenant de la gauche à la droite, on voit un bâtiment rond tout ouvert par le haut, qui a l'air d'un amphithéâtre, quoique ce foit peut-être toute autre chofe, & auprès de-là deux hommes couronnés & deux obelifques devant un temple, dont le frontifpice eft orné de pilaftres, & fur le fronton on voit une demi étoile qui le couronne, tout le plus haut du toit eft hériffé de pointes qui reffemblent à des triangles ifoceles. Ces obelifques paroiffent fort grands. Il y en avoit auffi de fort grands au temple de Minerve en Egypte, felon Herodote l. 2. chap. 170. Devant le temple fur le côté, on voit deux femmes couronnées, & un homme qui tend la main vers elles, & qui tient un grand trident comme un Neptune. Prefque devant le temple on voit un Ibis, oifeau facré, comme nous venons de dire. Deux tours qu'on voit ici ont fait croire à quelqu'un, qu'on y a voulu repréfenter une Ville, & cela n'eft pas mal aifé à croire, quoiqu'on n'osât l'affurer.


II. Auprès de ce bâtiment on en voit un autre terminé par deux tours quarrées, entre lefquelles eft un autre bâtiment qui a l'air d'un temple, & qui eft couronné de feftons. On voit au-devant de tout cela une efpece d'enceinte avec des creneaux. Si l'on vouloit encore faire de ce bâtiment une Ville, les Villes auroient été bien près l'une de l'autre, auffi l'étoient-elles dans l'ancienne Egypte, plus qu'en aucun pays du monde.

CAPUT V.

I. Ædificia, obelifci, templum. II. Aliud ædificium. III. Animalia Æthiopica. IV. Rhinoceros Æthiopicus. V. Defcriptio rhinocerotis Æthiopici per Cofmam Ægyptium.

I. IN fuprema tabula, fi à finiftra ad dexteram procedas, ædificium rotundum vifitur fuperne apertum, amphitheatro fimile, etfi forte aliquid ab amphitheatro longe diverfum fit: & è vicino viri duo coronati, duoque obelifci ante templum, cujus frontifpicium paraftatis ornatur; in faftigii angulo fuperne, dimidiata ceu ftella eminet: tecti faftigium aculeis feu pinnis ornatur trianguli ifofceli formam referentibus. Hi obelifci præalti videntur effe. Similes fublimefque obelifci etiam erant in templo Minervæ in Ægypto, tefte Herodoto l. 2. c. 170. Ante templum è latere confpiciuntur mulieres duæ coronatæ, & vir qui verfus illas manum tendit, quique magnum tenet tridentem Neptuni tridenti fimilem. Prope templum adeft ibis, avis facra, de qua modo dicebamus. Duæ illæ turres quæ hic vifuntur, cuidam indicio fuere hic urbem repræfentari, id quod etiam non improbabile eft, etfi certum indubitatumque non fit.

II. Prope ædificium illud aliud vifitur duabus quadratis turribus terminatum; inter turres aliud ædificium eft templi fimile, quod fertis coronatur: ante illud ædificium murorum ambitus cernitur cum prominentibus undique pinnis. Si etiam hæc ædificia pro urbe haberentur, frequentes admodum in Ægypto urbes fuiffent. Erantque revera in veteri Ægypto urbes plures quam in quavis altera nota orbis regione.





40

RTUNE DE PALESTRINE



III. Au-dessus de cet édifice on voit une espece de sanglier, & qui a effectivement toute la forme du sanglier, avec un Inscription Grecque, ΚΟΙΡΟΠΟΤΑΜΟΥ, qui veut dire le sanglier du fleuve; c'étoit une espece de sanglier qui venoit près du Nil, & apparemment dans l'Ethiopie voisine de l'Egypte. Il est à remarquer que presque tous les animaux qu'on voit de plus de la moitié en sus de la grande planche, sont de cette partie de l'Ethiopie, qui étoit aussi une région du Nil, où il y avoit un nombre infini de bêtes fauves & de monstres.

IV. Auprès de-là se voit le Rhinoceros, animal des Indes, mais qui se trouvoit aussi en Ethiopie, selon Pausanias & Cosmas l'Egyptien. La description qu'en fait Pausanias 9. 21. revient fort à celui que nous voyons peint ici „ J'ai vû, dit-il, des taureaux Ethiopiens, qu'on appelle aussi Rhinoceros, parce qu'ils " ont une corne au bout du nez ou du museau; ils ont aussi un peu au-dessus une " autre plus petite corne, & n'en ont point du tout sur la tête. " Cependant les autres Auteurs ne donnent au Rhinoceros qu'une corne sur le nez; mais ceux-ci décrivent le Rhinoceros Indien, qui pourroit être différent de l'Ethiopien, ce que je laisse à observer à nos Naturalistes.

V. Cosmas l'Egyptien, qui vivoit du temps de Justinien, & qui avoit fait un voyage en Ethiopie, fait la description du Rhinoceros, & lui donne deux cornes sur le nez, sans dire que l'une soit plus petite que l'autre, & l'image même qu'il en a donnée, les fait presque égales. La description qu'il en fait mérite d'être mise ici.

Cet animal est appellé Rhinoceros, parce qu'il a des cornes sur le nez: quand " il marche ses cornes branlent; mais lorsque plein de fureur il regarde quel- " qu'un, il les arrête & les présente immobiles & inébranlables, en sorte mê- " me qu'il déracine les arbres qu'il trouve, quand ils sont bien à sa portée. Il a " les yeux situés fort bas, & sur les machoires. C'est un animal terrible & fort " ennemi de l'Elephant. Ses pieds & sa peau sont semblables à ceux de l'Ele- " phant. Sa peau desséchée a quatre doigts d'épaisseur. Il y a des gens qui en " font des socs de charruë avec lesquels ils labourent la terre. Les Ethiopiens " l'appellent *Aru* ou *Harisi*. Ils mettent une aspiration au second mot. En sorte " que par Aru ils entendent l'animal même, & par Harisi la figure de ses nari- " nes, & sa peau dont on se sert pour labourer la terre. J'ai vû de loin en "

III. Supra hoc ædificium apro similis fera conspicitur, & vere formam apri præ se fert cum hac inscriptione ΧΟΙΡΟΠΟΤΑΜΟΥ, id est aper fluminis; erat, ut videtur, apri genus secus flumen nasci solitum, atque ut existimo in Æthiopia Ægypto finitima. Observandum porro est animalia quæ à dimidia tabula ad extremam supremam oram visuntur ad eam Æthiopiæ partem pertinere, quæ & ipsa Niliaca regio erat, ubi infinitus prope erat ferarum monstrorumq; numerus.


IV. E vicino rhinoceros cernitur animal Indicum, quod etiam in Æthiopia erat, testibus Pausania & Cosma Ægyptio. Descriptio ejus apud Pausaniam 9. 21. huic optime adaptatur qui hîc inscribitur ΡΙΝΟΚΕΡΟΣ. » Vidi, inquit Pausanias, tauros Æthiopi- » cos qui rhinocerotes etiam vocantur, quia in ex- » trema nare cornu habent, & paulo superius alterum » cornu minus habent, in capite vero nullum ap- » paret cornu. « Attamen scriptores alii pene omnes rhinoceroti unicum tantum cornu dant in nare positum. Verum hi rhinocerotem Indicum describunt, qui forte ab Æthiopico differat. Illud vero φυσιολόγοις explorandum relinquo.

V. Cosmas Ægyptius qui tempore Justiniani vixit, & qui iter in Æthiopiam instituerat, rhinocerotis descriptionem parat, ipsiq; duo cornua in naribus adscribit: neque dicit alterum cornu altero minus esse. Schema vero quod ipse depictum dedit, cornua ferme æqualia exhibet. Descriptio ejus qualem effert Cosmas hîc non prætermittenda.

Hoc animal rhinoceros à cornibus naso hærenti- « bus vocatur: eo autem ambulante cornua subagitantur: cum autem furore plenum obtuetur, « cornua vibrat, ipsaque immobilia & firma consistunt, ut etiam arbores eradicare possit, cum maxime à fronte positæ sunt. Terribilissimum porro est « atque elephanti maxime inimicum. Pedes atque pellem elephanti similes habet: pellis ejus exsiccata digitorum quatuor spissitudinem habet, qua nonnulli « vomeris loco ad aratra utuntur, illaque terram sulcant. Rhinocerotem Æthiopes propria dialecto Aru « aut Harisi nuncupant; in secundo vocabulo denso « spiritu alpha pronunciantes & *risi* adjicientes, ut « voce *aru* ipsum animal significent, voce autem Harisi figuram narium atque pellem arando opportunam indicent, hinc illi nomen imponentes. Hujusmodi animal in Æthiopia vivum eminus conspexi, «

„ Ethiopie cet animal vivant, & j'ai vû aussi sa peau farcie de paille dans le pa-
„ lais du Roi, ce qui m'a donné le moyen de le décrire éxactement.

" mortuique pellem palea infertam in regia consistentem, unde licuit accurate describere. "



CHAPITRE VI.

I. Gens de guerre devant un Portique. II. Navire armé. III. Pigeonnier, &c.

PL. LVIII. I. A La planche suivante nous voyons sur le bas un spectacle fort remarquable. Une espece de gallerie ou de portique couvert, dont la couverture est soutenuë par des colomnes, avec une grande toile tenduë pour garantir le portique des ardeurs du soleil. Devant ce portique est une troupe de gens de guerre, tous portant le casque & un grand panache, hors celui qui est à la tête de tous, qui est sans casque & couronné, à ce qu'il paroît, de laurier: la petitesse de la figure empêche qu'on en puisse parler sûrement. Celui-ci porte pardessus l'habit militaire, une chlamyde; il tient de la main droite une de ces cornes de bœuf qui servoit anciennement de gobelet, comme nous avons tant de fois vû, à moins qu'on ne voulut dire que c'est un cor, signe militaire en usage chez plusieurs Nations. Devant cet homme est une grande femme qui tient d'une main une palme, & de l'autre une espece de ruban. A côté de ces gens de guerre, on voit un tas de boucliers ovales avec un casque par-dessus. Deux soldats portent deux autres boucliers à la Romaine, creux & longs comme une tuile à canal, qui ont pour marque un Scorpion. A l'extrémité de l'autre côté est une table chargée de cornes semblables à celle que tient le chef de la troupe; c'étoient des gobelets dont on se servoit pour boire: & à côté de la table est un grand vase.

II. Ici nous voyons une troupe de gens de guerre, & de l'autre côté paroît dans les ondes un navire armé, de ces navires des anciens qui n'étoient proprement que des galeres. Celui-ci a vingt-six rames du côté qu'il présente, & autant sans doute de l'autre, dont on ne voit qu'une petite partie. Ce vaisseau de guerre étoit une bireme, c'est-à dire, à deux rangs de rame l'un plus élevé que l'autre, comme il paroît manifestement à la premiere rame: cela ne se peut voir sur les autres, celle de dessus cachant toujours celle de dessous. D'ha-

CAPUT VI.

I. Bellatores ante porticum. II. Navis ad pugnam parata. III. Columbarium, &c.

I. IN ima tabula sequenti spectaculum adest non vulgare; porticus nempe cujus tectum columnis fulcitur, magno extenso velo, quod ab æstu solis defendat. Ante porticum bellatores multi visuntur: omnes galeato capite sunt, illo excepto qui agmen ducere videtur, qui coronam gestat, atque ut videtur lauream. Cæteri cristatam galeam habent. Qui coronatus est supra militarem vestem chlamydem gestat, manuque dextera tenet bovinum cornu, quo poculo olim utebantur passim, uti sæpissime diximus; nisi fortasse dixerit quispiam esse cornu, militare signum, quod olim apud nationes multas in usu erat. Ante virum illum grandis staturæ mulier, altera manu palmam, altera fasciam tenet. Prope milites illos est acervus clypeorum ovatæ formæ cum casside superposita. Duo alii milites scuta gestant Romanis similia, concava & oblonga ceu lateritius alveus, quæ scuta insigne habent scorpionem. Ad extrema porticus in alio latere est mensa cornibus similibus onusta, quibus olim poculis utebantur: & prope mensam vas ingens.

II. Hic militum turmam cernimus; in alio autem latere armatam navim in undis videmus, quæ veterum naves nonnisi remigibus agebantur. Hæc porro navis viginti sex remos habet in uno latere, quod videlicet solum patet oculis; in alio autem latere totidem erant quorum extrema cernimus. Hæc erat biremis sive duobus remigum ordinibus instructa navis, qui ordines alius alio sublimiores erant, ut in primo remo manifeste visitur, in cæteris autem videri nequit, quoniam remus superior inferiorem obtegit. De

biles

biles gens ont diſputé depuis peu ſur ces rangs de rames des anciens plus élevés les uns que les autres. Pluſieurs en nient la poſſibilité, d'autres la ſoutiennent ; Ceux qui la nient ne ſont pas d'accord entr'eux ſur la maniere ; mais ils conviennent à détourner & à détorquer les paſſages des anciens qui parlent trop clairement contr'eux, & à rejetter les exemples tirés de la colomne Trajane, & des autres monumens. Ce vaiſſeau eſt diſpoſé comme pour le combat ; les ſoldats ont mis leurs boucliers ſur le bord, pour parer les coups qu'on peut leur porter. Le Commandant eſt ſur la prouë, & étend ſon bâton de commandement. Il porte un chapeau preſque de la forme des nôtres. Auprès de ce vaiſſeau eſt une petite barque, où eſt un homme qui pêche à la ligne, & plus haut un autre vaiſſeau dont les voiles ſont tenduës & enflées. Dans celui-ci eſt une grande chambre avec un toit, de la forme des maiſons ordinaires.

III. Auprès de-là eſt un pigeonnier, dont le faîte s'éleve en pain de ſucre, ou en un cone obtus percé de trous par où les pigeons peuvent entrer & ſortir. On y voit des pigeons de différentes couleurs, blancs, noirs, &c. Au-deſſous du pigeonnier eſt un pêcheur, qui a fait pour prendre du poiſſon une machine uſitée en certains endroits. Il a planté des pieux dans l'eau, & fait comme une paliſſade en demi cercle, en ſorte que les deux bouts du demi cercle ſont près de terre. Il jette apparemment des filets là-dedans, bien ſûr que les poiſſons renfermés ne peuvent lui échapper. Derriere cet homme eſt un bâtiment, qu'on laiſſe à conſiderer au lecteur.

---

circa multiplices hujuſcemodi remorum ordines diſputabant non ita pridem viri eruditi. Aliqui negant potuiſſe unquam fieri, ut remorum ordines alii aliis ſuperiores eſſent; alii vero ita fuiſſe contendunt. Qui vero negant & alium modum navigandi ſtatuunt, inter ſe non conſentiunt, in uno tamen concordes ut veterum loca, clara certe, detorqueant, & exempla omnibus conſpicua exque columna Trajana deſumta reſpuant, nec pluris faciant ea quæ ex aliis monumentis deſumi poſſunt. Hæc porro de qua agimus navis eſt quaſi ad pugnam inſtructa : milites ad latera navis clypeos obtendunt hoſtibus, ut tela excipiant. Dux in prora ſtat & virgam quaſi imperans extendit. Galerum geſtat noſtris pene ſimilem. Prope navim ſcapha eſt ubi vir linea ad piſcandum utitur, & non procul alia navis cujus vela extenſa vento inflantur. In hac porro navi ædium vulgarium formâ conclave quodpiam viſitur.

III. E vicino columbaris caſa eſt, cujus faſtigium conica forma exſurgit feneſtellis & foraminibus undique inſtructum. Hîc columbæ viſuntur varii generis albæ, nigræ, &c. Sub columbaria caſa piſcator eſt, qui ad captandos piſces machina utitur aliquot in locis uſitata. Paxillos intra aquam defixit in ſemicirculi formam, ita ut duo extrema ſemicirculi oram contingant. Retia hîc haud dubie conjicit, compertum habens non poſſe piſces iſtinc elabi. Pone virum illum ædificium eſt quod quivis conſpicere valeat.



CHAPITRE VII.

I. Procession représentée. II. Ville & obélisque qui semble tomber. III. Vaisseau & bâtimens. IV. Bêtes feroces.

I. UN spectacle de religion s'offre au-dessus de tout ce que nous venons de voir. C'est une procession, ou pour me servir d'une expression plus en usage dans l'antiquité, une pompe. Tous ceux qui y assistent sont couronnés, ou de laurier ou d'autres branches, & tous en habit long. Il y en a quatre qui portent sur une espece de brancard une machine qui ressemble à un chandelier. De ceux qui suivent la procession, il y en a deux qui portent chacun un bâton, au haut duquel est perché un oiseau. Nous avons vû plusieurs bâtons semblables dans les figures Egyptiennes, vers la fin du second tome de ce Supplément. Les porteurs & ceux qui tiennent ces bâtons sont dans un bâtiment de quatre colomnes, qui soutiennent une architrave, frise & corniche, & puis un toit par-dessus, & laissent en-dedans un espace quarré vuide, à jour de tous les côtés; c'est là dedans que passe la procession pour se rendre à un terme, on ne sçait lequel. Devant ce bâtiment est un homme assis couronné comme les autres, qui tient un bâton, sur lequel est un oiseau comme ci-devant. De l'autre côté du quarré est un autel, sur lequel est un chien. Je ne sçai si ce chien est exposé à la vénération publique. Les chiens étoient autrefois en grand honneur dans l'Egypte; mais depuis qu'ils vinrent manger le cadavre du Taureau Apis tué & jetté à la voirie par le Roi Ochus, les chiens ne furent plus si honorés que devant.

II. Au-dessus de tout ceci l'on voit une Ville. Les tours & les murs qui l'environnent marquent que c'en est effectivement une. La grande porte de la Ville est remarquable. Elle est pratiquée dans une grande tour, dont elle occupe près de la moitié de la hauteur. A droite & à gauche de la tour sont deux bâtimens semblables entr'eux, à chacun desquels on voit deux rangs de fenêtres, & au bas deux Idoles faites à la maniere des Idoles Egyptiennes, & comme elles sont isolées, on a eu soin d'exprimer leur ombre sur les murs des bâtimens. Au pied des murs de la Ville est un grand obélisque si panché, que l'angle qu'il


---

CAPUT VII.

I. Pompa sive Processio. II. Urbs & obeliscus cadens. III. Navis & adjecta. IV. Feræ.

I. SPectaculum deinde offertur ad religionem spectans: est processio, sive, ut cum veteribus illis loquamur, pompa. Quotquot adsunt, coronati sunt vel lauro vel alio ramorum genere, talarique veste omnes. Quatuor viri in lectica gestant machinam candelabro similem. Ex iis qui pompam sequuntur, duo baculum gestant in cujus suprema parte insidet avis. Inter schemata Ægyptiaca baculos, versus finem secundi hujus Supplementi tomi vidimus. Qui machinam illam gestant, quique baculis istiusmodi sunt instructi, intra ædificium gradiuntur quatuor columnis fultum. Columnæ autem epistylium, zophorum, coronidem, itemque tectum sustentant: spatiumque quadratum intus vacuum & undique luci pervium relinquunt. Istac transit Processio, quæ quo procedat, nescitur. Ante ædificium illud est vir sedens coronatus ut alii, baculum tenens cui insistit avis. In altera quadrati hujusce parte visitur ara cui insidet canis. Nescio utrum hic canis publico sit cultui expositus. Canes olim in honore habebantur apud Ægyptios; verum postquam canes cadaver Apidis tauri enecti & projecti ab Ocho Persarum Rege, devoratum accessérunt, jam non tanto apud Ægyptios colebantur honore.


II. Supra hæc omnia visitur urbs: urbem certe denotant turres & mœnia circum posita. Major urbis porta spectabilis est. Ea in magna turri est quam perviam reddit, cujusque dimidiam altitudinis partem occupat. Ad dexterā atque ad sinistram turris duo sunt ædificia inter se similia, in singulis duo fenestrarum ordines sunt, & in ima parte idola duo Ægyptiorum simulacris similia, & quia illa muro non hærent, sed ab illo prorsus separata sunt, ipsorum umbra in muro expressa fuit. Juxta urbis muros grandis obeliscus i-



SUITE DU PAVE DU TEMPL



DE LA FORTUNE DE PALESTRINE



fait avec la terre n'eſt pas la moitié d'un angle droit. On ne ſçait ſi c'eſt un pur caprice, ou ſi cela a éxiſté réellement. Et ſi cela s'eſt vû en effet en Egypte, on ne peut pas ſçavoir ſi c'eſt un accident qui a fait pancher l'obéliſque, qui eſt demeuré depuis dans cet état comme la tour de Piſe ; & celle de Boulogne en Italie, ou ſi l'obéliſque a été mis ainſi panchant comme le Clocher de Cologne. Il ne faut pas oublier de dire que ſur la grande porte de la Ville il y a une Aigle, qui ſemble voler.

III. Auprès de cette Ville il y a un aſſez grand vaiſſeau qui a déployé ſes voiles, & un peu plus avant un bâtiment à deux tours, & à côté de l'une des tours une caſe qui paroît être d'oſier ou de chaume. Plus avant eſt une groſſe tour ronde, ſur laquelle on voit pluſieurs oiſeaux qui reſſemblent à des Ibis ; peut-être eſt-ce un autre lieu où ils s'aſſembloient, & où l'on leur donnoit à manger comme ci-devant. Au-deſſous de ces bâtimens eſt une tour qui tient à une enceinte de murs à creneaux : on ne ſçait à quel uſage.

IV. Au plus haut de la planche ſur une montagne on voit un animal qui a beaucoup du ſinge, & dont le nom écrit à côté eſt ΑΓΕΛΑΡΟΤ, nom inconnu dans les Auteurs, de même que ceux de beaucoup d'autres animaux de l'Ethiopie, qui ne ſe trouvoient point ailleurs. Il falloit que cette bête fût terrible. Pluſieurs Ethiopiens vont l'attaquer, quelques-uns ont des boucliers. Deux ſont comme en embuſcade pour lui tirer des fléches quand il paſſera. Auprès de-là eſt une autre eſpece de monſtre que l'Inſcription appelle ΚΡΟΚΟΔΕΙΛΟΣ ΠΑΡΔΑΛΙΣ, un Crocodile Léopard. Il avoit apparemment dans la forme quelque choſe de l'un & de l'autre animal, & peut-être des taches ſur la peau, comme le Léopard, ce qui ne paroît pourtant pas ici.

ſitur quaſi cadens, atque adeo inclinatus, ut is, quem cum ſuppoſito ſolo facit, angulus, ne dimidium quidem anguli recti efficiat. Utrum autem illud artificis merum commentum ſit, utrum vero reipſa tale quidpiam exſtiterit, ignoratur. Si autem vere hujuſmodi quidpiam in Ægypto viſum fuerit, quis ſciat an caſu reclinatus obeliſcus ſic poſteat manſerit, ut accidit in turribus Piſana & Bononienſi in Italia ? an vero de induſtria ſic poſitus obeliſcus fuerit, quemadmodum & turris illa campanaria Colonienſis. Neque prætermittendum eſt ſupra majorem portam urbis aquilam repræſentari volantem.

III. Prope urbem illam magna navis viſitur quæ vela expandit, & ulteriùs ædificium duabus munitum turribus, & propter unam ex turribus, caſa ex viminibus vel ex paleis adornata. Haud procul ampla turris rotunda viſitur, cui inſident aves ibidi ſimiles. Forteque aliud fuerit ibidum turbæ fovendæ & alendæ deſtinatum ædificium. Infra hæc, turris viſitur quæ ambitui murorum hæret, qui muri pinnis frequentibus ſunt ornati, cui vero uſui ignoramus.

IV. In ſuprema tabula animal viſitur ad ſimiæ formam accedens, cujus nomen ad latus ſcriptum eſt, ΑΓΕΛΑΡΟΤ. Nomen apud ſcriptores ignotum, perinde atque nomina multorum animalium Æthiopicorum, quæ alibi non occurrebant. Terribilis hæc fera fuiſſe videtur. Æthiopes plurimi illam aggrediuntur, quorum aliqui clypeis ſunt inſtructi : duo quaſi in inſidiis collocati ſunt ut illam, cum tranſibit, ſagittis impetant. E vicino aliud ceu monſtrum viſitur hoc nomine, ut inſcriptione fertur, ΚΡΟΚΟΔΕΙΛΟΤ ΠΑΡΔΑΛΙΣ, crocodilus pardalis, in cujus videlicet forma aliquid ex utroque animali comparebat, & fortaſſe maculas in pelle, quaſi pardalis habebat, id quod tamen hîc non obſervatur.



CHAPITRE VIII.

I. Enhydris & autres bêtes d'Ethiopie. II. Bêtes féroces inconnuës. III. Autres bêtes d'Ethiopie.

PL. LIX. I. DAns la planche suivante on voit d'abord auprès d'un lac, ou peut-être d'une eau courante, deux grosses tortuës, & dans l'eau même deux autres animaux de même espece, qui ont chacun un poisson dans la gueule; l'Inscription nous apprend leur nom, c'est ΕΝΗΤΔΡΙΣ Enhydris, l'aspiration de l'Υ y est ainsi marquée par un Η. Hérodote parle en deux endroits de ces animaux aquatiques, & dit 2. 72. que ces animaux sont regardés comme sacrés chez les Egyptiens. Il dit encore 4. 109. qu'on les prend dans des marais avec les Castors & d'autres animaux aquatiques. On croit que l'Enhydris est ce qu'on appelle en latin *Lutra*. Plus haut on voit un dragon épouventable, qui fait des son corps plusieurs contours. Tout auprès de-là deux bêtes fauves de même espece, qui tiennent ensemble quelque chose dans la gueule, sont appellées ΩΑΝΤΕΣ, nom aussi inconnu que l'animal qu'il signifie.

II. La bête féroce qui vient après se tient sur une montagne escarpée. Le corps en est assez semblable à celui du Rhinoceros que nous avons vû plus bas, mais la tête est toute extraordinaire, les machoires sont d'une prodigieuse longueur, se terminent en pointe, & sont munies des deux côtés de dents terribles: l'animal est aussi inconnu que le nom écrit ici en cette maniere ΞΙΟΙΤ. Ce sont de ces animaux d'Ethiopie qu'Hérodote a dit être en grand nombre en ce pays-là, & qui avoient des noms particuliers inconnus à tous les Auteurs. Qui sçauroit que le Rhinoceros s'appelloit chez les Ethiopiens *Aru*, & *Harisi* sans Cosmas l'Egyptien?

III. Telle est encore la bête fauve qui suit, appellée ΣΦΙΝΤΙΑ, qui n'a rien que d'ordinaire dans sa forme. Là se voyent cinq Ethiopiens qui courent à la file tenant l'arc bandé pour tirer contre un singe ou un animal qui lui ressemble, perché au plus haut d'un arbre, blotti & ramassé comme en un peloton.

L'animal appellé ΚΡΟΚΟΤΑΣ, *Crocotas* a quelque chose du Tigre, marqueté

CAPUT VIII.


I. Enhydris & aliæ Æthiopicæ feræ. II. Fera ignota. III. Aliæ bestiæ Æthiopicæ.

I. IN sequenti tabula statim visuntur juxta lacum, vel forte juxta currentem aquam duæ testudines, & in aqua ipsa duo alia ejusdem speciei animalia, quæ singula piscem ore tenent. Inscriptio nomen ipsorum docet: nempe ΕΝΛΗΤΔΡΙΣ Enhydris. Aspiratio vocalis Υ sic per Η notatur. Herodotus de hujusmodi aquaticis animalibus bis loquitur, aitque 2. 72. hæc animalia ab Ægyptiis quasi sacra haberi. Dicit insuper 4. 109. in lacubus enhydries captari cum castoribus aliisque aquaticis animalibus. Enhydris id esse putatur quod lutra latine. Supra visitur horribilis draco qui sinuosis flexibus convolvitur. E vicino duæ feræ ejusdem generis sunt quæ aliquid simul vorare videntur, & ΩΑΝΤΕΣ inscribuntur, nomen perinde atque fera ipsa ignotum. Est autem in plurali, cujus singulare ΩΑΣ esse videtur.

II. Quæ sequitur fera in prærupto monte stat. Corpus ejus rhinocerotis corpori simile est, quem infra in tabula conspicimus. Sed caput insolitæ formæ est: maxillæ sunt ingentis longitudinis atque in acumen desinunt, atque utrinque dentes efferunt horrendos. Animal porro illud perinde ignotum est, atque nomen ejus quod hic ita scribitur ΞΙΟΙΤ. Hæc sunt illa Æthiopica animalia quæ Herodotus lib. 4. magno ibi numero esse dicit, & quæ nomina sua habebant omnibus ignota scriptoribus. Ecquis sciret rhinocerotem apud Æthiopas *Aru* & *Harisi* vocatum fuisse, nisi Cosmas Ægyptius id docuisset?

III. Non magis nota est sequens fera ΣΦΙΝΤΙΑ *Sphintia* dicta, quæ nihil non vulgare in forma sua habet. Eodem in loco visuntur Æthiopes quinque, qui intenso arcu currunt ut sagittis impetant simiam, vel bestiam ipsi similem in suprema arbore consistentem & corpore contractam.

Animal illud cui nomen ΚΡΟΚΟΤΑΣ, *Crocotas*, tigri sat simile est, & maculis obsitum est ut tigris, tigrem



ENHYΔPIC

LA FORTUNE DE PALESTRINE

L IX. Pl. du Tome IV



comme lui, il lui ressemble encore de la tête. Au-dessous du Crocotas sont deux autres bêtes qui ressemblent au Chevreuil, mais marquetées comme un Léopard. Devant ces deux animaux se voit un singe assis sur une roche.

---

etiam ex capite refert. Sub crocota duæ aliæ bestiæ sunt, quæ capreolum referunt: sed maculosæ sunt ut Leopardus; ante hæc animalia simia rupi insidet.

CHAPITRE IX.

I. Grand Lézard & le Lynx. II. Crocodile de terre. III. Autres bêtes & monstres. IV. Sphinx.

I. AU-bas de la planche suivante on voit un animal assez extraordinaire: l'Inscription le nomme ΣΑΥΟΣ, *Savos*; mais je crains que ce ne soit une faute, & qu'en sautant une lettre de ΣΑΥΡΟΣ, qui veut dire Lézard, on n'ait fait ΣΑΥΟΣ, car cet animal a presque toute la forme d'un gros Lézard. Au-dessus de ce Lézard & sur le haut de la montagne on voit la Lionne avec son Inscription Λέαινα *Leæna*. Le Lynx qui vient après a aussi son Inscription ΛΙΝΞ: que des Latins ayent mis Ν au lieu de Γ il ne faut pas s'en étonner, parce qu'ils lisoient ainsi: mais ils ont aussi changé Υ en Ι. supposé que cette lettre ait été exactement figurée d'après l'original. Cet animal ressemble ici à un Chevreuil. Ses yeux perçans l'ont fait passer en proverbe. Plusieurs croient que tout ce qu'on a dit de sa vûë perçante n'est qu'une pure fable, & doutent même de l'éxistence du Lynx, prétendant qu'il n'y a pas plus de réalité dans tout ce qu'on a dit du Lynx, que dans tout ce que les anciens ont débité sur le Phenix. Pl. LX.

II. Après vient cet animal nommé dans l'Inscription κροκόδειλος χερσαῖος, le Crocodile terrestre. Hérodote l. 4. c. 192. dit qu'il y a dans l'Afrique des Crocodiles terrestres, & qui ne se tiennent pas dans les rivieres, qu'ils n'ont tout au plus que trois coudées de long, & qu'ils ressemblent à des Lézards. Celui-ci a des oreilles presque pendantes, ce qui ne convient pas au Lézard.

III. Au-dessus de celuici-ci un peu à côté est une espece de singe assis qui a la tête approchante de celle du Lion. Deux Tigres qu'on voit ensuite, ont la forme de cet animal, & l'on n'auroit point eu de peine à les reconnoître,

---

CAPUT IX.

I. Magna lacerta & lynx. II. Crocodilus terrestris. III. Aliæ feræ & monstra. IV. Sphinx.

I. IN ima tabula sequenti animal non solitæ formæ visitur: inscriptio ejus ΣΑΥΟΣ habet: at timeo ne mendose pro ΣΑΥΡΟΣ positum nomen sit, σαῦρος autem est lacerta, & hoc animal lacertæ magnæ formam habet. Supra lacertam & in montis vertice est leæna cum inscriptione ΛΕΑΙΝΑ. Lynx qui sequitur inscriptionem & ipse suam habet ΛΙΝΞ; quod autem Latini Ν pro Γ posuerint non mirandum, quia ipsi sic legebant; sed aliam quoque litteram mutarunt Υ in Ι, si tamen hæc accurate, ut in primo exemplari erat, expressa fuerit. Hoc animal capreolum repræsentat, & à perspicacitate oculorum in proverbium abiit. Multi putant id quod de perspicacitate lyncis dictum est, fabulosum esse, etiamque, an lynx vere existat dubitant; imo putant non magis vere esse ea quæ de lynce dicuntur, quam ea quæ de phœnice veteres publicarunt.

II. Post hæc accedit animal illud quod in inscriptione ΚΡΟΚΟΔΕΙΛΟΣ ΧΕΡΣΑΙΟΣ apppellatur, id est, crocodilus terrestris. Herodotus lib. 4. c. 192. ait esse in Africa crocodilos terrestres, qui non in fluminibus versantur; hos autem tres cubitos ad summum longitudinis habere, lacertisque similes esse. Hic porro aures quasi pendentes habet, id quod in lacertam non convenit.

III. Huic paulo superior à latere est quædam simiæ species, cujus caput leonis capiti non dissimile. Duæ tigres sequentes suam ita formam retinent, ut etiamsi

quand même il n'y auroit pas eu l'Inſcription ΤΙΓΡΙΣ. Il n'en eſt pas de même d'une autre bête qu'on voit tout auprès, dont la forme eſt auſſi inconnuë que le nom ΑΠΡΟΣ; s'il approchoit de la forme du ſanglier, on pourroit croire que des Latins qui ont fait la Moſaïque ont mis Απρος pour *aper*, mais rien n'eſt moins reſſemblant au ſanglier que cette bête.

L'animal à quatre pieds que nous voyons après ſur une branche qu'il fait plier, a la tête reſſemblante à celle du Lion, mais cette ſituation convient auſſi peu au Lion que le nom qu'on a mis tout auprès, ΚΗΙΠΕΝ *Keïpen*. A l'extremité de la même branche eſt perché & couché un oiſeau qui reſſemble à l'Ibis.

Une des plus monſtrueuſes bêtes Ethiopiennes eſt celle de deſſus. Elle a un long cou & une grande boſſe comme un chameau; des cornes comme un bœuf, & c'eſt peut-être pour cela qu'il eſt ici appellé ΤΑΒΟΥΣ, la derniere ſyllabe ſignifie un bœuf; mais comme tout le nom eſt apparemment Ethiopien, il ne faut pas trop s'arrêter à cette conjecture.

IV. Il n'y a point ici de monſtre ni de bête, dont le nom convienne moins à la figure, que celui qui eſt inſcrit ΟΝΟΚΕΝΤΑΥΡΑ, Onocentaure. Les Onocentaures étoient, ſelon la fable, des monſtres qui avoient la forme d'homme de la ceinture en haut, & tout le reſte de l'âne: ici c'eſt un Sphinx qui a le corps d'une lionne, & la tête & le viſage de femme des plus gracieux. Il faut qu'il y ait ici néceſſairement quelque mépriſe, ou que quelque partie de la Moſaïque ayant ſauté, on l'ait remiſe où il ne falloit pas. La queſtion eſt, s'il y a eu d'animal ſemblable à la Sphinx. Je vois que les Auteurs conviennent aſſez qu'il y a dans l'Ethiopie des monſtres qui expriment la forme de divers animaux, & qu'il y en a auſſi dont la face approche de celle de l'homme. Quoiqu'il en ſoit, la Sphinx paroît toute fabuleuſe.

---


inſcriptio ΤΙΓΡΙΣ non adeſſet, cognitu faciles fuerint. Non idem dicimus de alia ſecundum hanc poſita, cujus forma perinde atque nomen ΑΠΡΟΣ ignota ſunt. Si ad apri figuram accederet, dici forte poſſet Latinos hanc vocem ΑΠΡΟΣ pro APER in muſivo poſuiſſe. Sed nullum uſpiam animal apro magis abſimile.

Animal quadrupes ſequens quod in ſummo ramo inſidens, ramumque deprimens cernimus, caput habet leonino capiti ſimile. At hujuſmodi ſitus non magis in leonem convenit quam adſcriptum ibidem nomen ΚΕΙΠΕΝ *Keïpen*. In eodem extremo ramo inſidet avis ibidi ſimilis.

Monſtro ſimilis ſi qua alia eſt Æthiopica fera ſequens: oblongum collum & gibbum habet ut camelus, cornua ut bos; ideoque fortaſſis hic vocatur ΤΑΒΟΥΣ, poſtrema ſyllaba bovem ſignificat; ſed quia totum nomen ut videtur Æthiopicum eſt, hæc conjectura non ſtatim amplectenda.

IV. Nullum in hac tabula monſtrum, nulla fera eſt quæ nomen habeat figuræ minus conſentaneum, quam illa quæ inſcribitur ΟΝΟΚΕΝΤΑΥΡΑ, *onocentaura*. Onocentauri, ut mythologi referunt, monſtra erant quæ formam hominis a zona ſuperne habebant, reliquum autem corpus totum erat aſini. Hîc autem ſphingem videmus leænæ corpus habentem, caput autem & vultum formoſæ mulieris. Hîc aliquem omnino ſuſpicor errorem; vel fortaſſis excuſſa quædam pars muſivi, ſuo loco non reſtituta fuerit. Quæritur autem utrum animal quodpiam ſphingi ſimile unquam fuerit. Scriptores non paucos reperio qui dicunt in Æthiopia monſtra eſſe diverſorum animalium formas exprimentia, in iiſque reperiri quæ caput faciemque hominis exprimant. Ut ut res eſt, ſphinx omnino fabuloſa videtur.

Fin du Tome Quatriéme.



SUITE DU PAVÉ DU TEMPLE





ΤΙΓΡΙC
ΚΡΟΚ ΔΕΙΛΟC
ΧΕΡCΑΙΟC



TABLE DES MATIERES
DU QUATRIÉME TOME.

A

B

C[illegible]

D

E

F

G

H

Fin de la Table des Matieres.



Mollett, John William.
The painters of Barbizon : Millet, Rousseau, Diaz, Corot, Daubigny, Dupré / by John W. Mollett. -- London : S. Low, Marston, Searle & Rivington, 18[illegible]0.
2 v. : ill., ports. ; 2[illegible] cm. -- (Illustrated biographies of the great artists)
General bibliography: v.1, p. [109]-111.
The appendixes in both volumes include also bibliographies of the individual artists.
Includes indexes.
1. Barbizon school. 2. Painters, French - Biography.





